



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lugduni, 1663**

Liber LXI. Tributa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)




## LIBER LXI.

**D**E Tributis, & Vectigalibus iam sermo procedit.  
Ostendam, Qui ea imponere iure possint? Quibus rebus?  
Quenam solvendi obligatio? Quinam à Tributis sint  
immunes?

## SECTIO PRIMA.

## De Tributis Receptiores sine lite Sententiæ.



## CAPVT I.

## Quid sit Tributum, Vectigal?

<sup>1</sup> **Q**uid tributum generatim accepimus, est pensio, que Principi soluitur ad onera communia sustentanda. Profectò pensio hæc variis nominibus appellatur iuxta varietatem causarum, ob quas imponitur. Nam pensio, que soluitur pro rebus, que in Provinciis inveniuntur, dicitur *Vectigal*, & *Portorium* Hispanè *Portazgo*. Et etiam *Portorium* vocatur pensio illa, que soluitur pro transactione mercium per pontes ad earum conservationem.

<sup>2</sup> Pensio vero, que soluitur à transeuntibus per aliquam viam pro viarum custodia, dicitur *Pedagium* Hispanè *Peage*. Que soluitur pro rebus venditis, vel permutatis, *Gabella* Hispanè *Alcauala* appellatur.

<sup>3</sup> Que autem pensio singularis personis imponitur, ad eas solùm attendendo specialiter dicitur *Tributum Personale*, seu *Capitale*. Denum pensio, que imponitur ratione honorum, que quis habet, habita eorum proportione, etiam dicitur specialiter *Tributum*, & quidem *Reale* Omnes sic Doctores.

## CAPVT II.

## De iis, qui iuste possunt Tributis imponere.

<sup>4</sup> **I** qui suis in tertis nullum superiorem recognoscant, nempe Imperator, Rex, Respublica perfecta, & alij Principes possunt tributis, seu vectigalia imponere, quia eis incumbit Respublicæ cura, & administratio; Consonum

ergò est rationi, vt possint à subditis tributa sua necessaria exigere ad suæ potestatis conferendam, & ad prospiciendum Reipublicæ, & ad illius curam gerendam.

Non autem id possunt alij inferiores supremum aliquem recognoscetes, nisi ab eo eam facultatem sint adepti, saltem in consuetudine legitima, quia inferioribus hisce seriores. non incumbit Reipublicæ prospicere, nisi cum subordinatione ad supremum Principem: ac proinde nec tributa imponere nisi ex Principis præscripto. Est omnium.

Porò inferiores, qui absque legitima auctoritate noua tributa imponunt, vel vetera augent, & exigunt, non solùm tenentur ad restitutionem, sed etiam incurrunt excommunicationis pœnam in Bulla cœnæ contentam. Bonac. in *expos. Bullæ cœnæ* q. 6. & 19. excommunicationem *incurrunt*.

Attamen quamuis inferiores nequeant tributis imponere, Oppida superiorè recognitione possunt *collectas*, seu *tallas* Hispanè *stas* imponere oppidanis pro aliqua publica Oppidi necessitate. Gasp. Hurtad. de *inst. d. 14. diffic. 2. ex communi*.

## CAPVT III.

## De conditionibus requisitis, vt Tributis, seu Vectigalia iuste imponantur.

<sup>7</sup> **R**ÆTER legitimam auctoritatem requiruntur, vt tributis, seu vectigalia iuste imponantur. Primò quidem vt adsit iusta causa. Est autem causa iusta ad id, necessitas, aut utilitas magna ad omnem bonum, quâdo ei nequit aliter quàm tributis impositione commodè prospici, v. gr. quâdo hæc impositio est necessaria, vel valide utilis ad viarum securitatem, vel ad moeriosum reparacionem vel pontium; & præsertim ad defensionem patriæ, vel ad eius tranquillitatem. Vel ad cogruam

grae Principis sustentationem, quando ei nequit subveniri nisi tributorum impositione quia Principi bono communi Republicae prospiciendi debita proculdubio est sustentatio sic omnes. Et id verum crediderim, etiam si necessitas impositionis tributorum culpa Principis contingat: ut quando sua prodigalitate exactum est publicum ararium, aut captus est in bello ex sua parte iniusto, ac redimendus est, aut aliter incidit in inopiam, si ea bono si nociva communi Existimo verò tributa, quae imponuntur, quia Princeps sua culpa tubit inopiam, teneri eum, si possis restituere. *Hurtad. de iust. disp. 14. dub. 3. & alij.*

8 **Secundò** requiritur, ut tributum sit necessitati proportionatum, pro qua imponitur proportione Arithmetica, id est, quod non imponatur maius, quam necessarium sit.

9 **Tertio** ut imponatur proportio etiam subditis proportione Geometrica, id est, iuxta facultates, & lucra subditorum, nempe quod ditioribus & magis lucrantibus maius imponatur, & minus eis, quis minus ditiores sunt, & minus iucantur, quantum commode fieri possit. Ex his colligo, cessante necessitate in totum, vel in partem, etiam debere cessare tributum in totum, vel in partem, nisi necessitas non superveniat, ob quam potuisset de novo imponi.



CAPVT IV.

De rebus, quibus possunt iuste imponi tributa.

10 **REBVS** possunt iuste imponi tributa, quae ad lucrum seu negotiationis causa venduntur. Unde gratissimis Doctoribus placet, ordinariè licitum non esse ea imponere super eis res super rebus, quae ad vsum necessarium familiae quo ad vsum venduntur, aut aduehantur, aut venduntur, aut aduehantur, quia his rebus magis grauantur pauperes, quam ditiores. *Cap. Quamquam de cens. in 6. leg. Vniuersi. C. de vectigal. Exactores autem huiusmodi vectigalium sunt excommunicati in Bulla aene Diana p. 2. r. 3. resolut. 28 Citer v. Vectigal. Angel. v. Pedagogium, nu. 3 Tolet. l. 5. c. 73.*

11 **In** quatuor tamen casibus possunt talia vectigalia imponi. Primò, si publica necessitas urgeat, & vectigalia, quae aliunde possunt colligi non sufficiant. Secundò, si ob aliquam causam publicam ex totius populi consensu statuuntur. Tertio, si pro viarum securitate, ne npe personarum, aut rerum securitati aliter consuli nequit. Quarto, si sit consuetudo, quae hominum memoriam excedat: modo non conset, causam, ob quam imposta tributa fuerit, cessasse. *Nauar. sum. cap. 17. numer. 202. Syluest. v. Gabella 3. g. 5. Lel. lib. secund. cap. 33. dub. 7. Sylui. 2. 2. q. 66. a 8. concl. 4. Vnde non est damnanda consuetu.*

do, quae gabelle imponuntur carnis, piscibus, vino, sal, oleo & aliis huiusmodi rebus, quando venduntur, vel emuntur vel extrahuntur etiam ad proprios vsus, quia non est contra ius naturale, vel diuinum, vt huiusmodi gabelle, vel collectae imponantur; non enim sequitur, vt panperes magis, quam diuites onerentur: nam pauperes solent paucis esse contenti, ac modico viuere, vnde pauca vendunt, vel emunt, & consequenter modicum solunt. Et quia ius Canonicum, & civile possunt consuetudine abrogari, quare haec in re consideranda sunt Proninciarum, vel ciuitatum consuetudines. Praefati Doctores.



CAPVT V.

De soluendi tributi obligatione.

12 **ABELLAE** instae soluende sunt in foro conscientiae, & eas fraudantes in summa notabili, lethali ter peccant, & ad restitutionem tenentur, quia quod iuste exigitur, hand potest abique iniustitia defraudari: *Sayr. in Clau. l. 9. cap. 16. da. num. 30. Lel. l. 2. c. 3. dub. 8. Valent. l. 3. d. 5. qu. 6. p. m. 5. Molina. tr. 2. d. 674. Tolet. l. 5. cap. 73. num. 3.*

13 **Scio** Doctoribus placere non paucis, vectigal pro rebus de loco in locum transeuntibus non debere, nisi exigatur, modo nihil actum sit fraude. Crediderim autem latius hanc esse, seruare loci consuetudinem, vt scilicet seruanda subditis sponte se debere id aperiat, si consuetudine receptum sit: alias non. *Valquez consuetud. in opusc. c. 6. §. 3. d. 2. n. 26.*

14 **Profecto** ille, qui rem aliquam desert, emit aut vendit ad suae extremae, vel magnae necessitatis leuamen, non debet in conscientia vectigal, quia respecta talis personae censetur immodicum, ac proinde debita iniustitia vectigalis forma carens. *Petr. Nauarra l. 3. de rest. c. 1. n. 236. & alij.*

15 **Gabella**, vectigal, seu tributum non debentur, quando cessant causa propter quam imposita fuerit, quando autem causa cessant solum per accidens, & Princeps agit, quod in se est, remanet soluendi obligatio, quia in se tunc exigitur. Princeps verò non praestans id ad quod tributum accepit, tenetur ad restitutionem, quia non pro se sed pro tali causa tributum accepit. *Molina tract. secund. d. 667. Valquez opusc. cap. sext. §. 3. d. 4. c. 5. Suar. de censur. d. 4. c. 5.*

16 **Emptor** non tenetur ad soluenda vectigalia pro mercibus captis à venditore, quae nouit debitum vectigal fraudasse: etiam si illud soluendum sit ex quota, id est, aliqua portione, parte determinata mercium, quia onus soluendi vectigal pertinet ad eum, qui res aduehit, & vendit: modo emptor non fuerit cooperatus venditori ad gabellam defraudandam. Officiales tamen possunt facere executionem in illis mercibus, pro quibus tributum soluendum non est, quamuis merces ad alios pertineant.

ESCOBAR  
Theol. Mor.  
Tom. V. VI. VII.  
F. IV.



## SECTIO SECVNDA


## De Tributis Dubia.

## CAPVT VI.

*Circa eos, à quibus Tributa  
possint iuste imponi.*

## DVBIUM I.

*Potesse imponendi Tributa competis  
ex natura rei solis Principibus  
supremis?*

<sup>22</sup> *Solis Prin-*  
*cipibus su-*  
*premis co-*  
*petis.*  
MPETIT quidem, quia accipiens à populo eam auctoritatem, ab ipso consequenter accipit necessaria ad sui sustentationem status, & ad necessitates publicas, & ad stipendium ministris inferioribus solvendum, militibus, Ducibus, &c. Sicut enim operario debetur merces, & stipendium, sic Principi debentur à populo necessaria ad dignitatem sustinendam. Alij autem, qui non sunt Principes supremi. Et non habent sua munera à populo non debent exigere stipendium nisi à Principe supremo, à quo officium accipiunt. Quare non possunt populo tributa imponere, nisi ex speciali Principis concessione. Sic Lessius libro secundae cap. 33. dubio tertio numer. 13.

<sup>23</sup> *Non*  
*competis*  
*solis Prin-*  
*cipibus su-*  
*premis.*  
 Non cõpetit, quia in Republica libera, Magistratus etiam inferiores accipiunt à populo potestatem, siue à Republica, à qua iuste stipendium possunt exigere: Ergo possent etiam ad huc finem populo tributa imponere, quod tamen est aperte falsum. Et quia tributa non solum imponuntur pro stipendio Principi debito ad suam dignitatem sustinendam. Sed etiam pro aliis boni publici necessitatibus occurrentibus. Certum autem est, quod Gubernator, & alij Magistratus à supremo Principe constituti possunt aliquando ex iusta causa boni communis exigere à civitate privatam ipsius, ut necessitati cõmuni subueniatur. Ad quem finem possunt equos civis privati occupare, domum auferre ipso etiam invito saltem soluto pretio, ut opus publicum, ac necessarium fiat, periculo virgæ, & alia eiusmodi. Sicut ergo ob necessitatem communem potest gubernator obligare huc civem ad rem suam impertiendam: cur non poterit ob eandem necessitatem communem obligare singulos civis ad contribuendum modicum, ut necessitati succurrant? Plus enim videtur esse auferre ab uno aliquid magnum, quam à multis parum,

quod videtur esse tributum exigere. Sicut ergo illud primum non superat ordinariam Gubernatoris subordinati potestatem, nec hoc secundum eam superabit. Igitur ex natura rei loquendo non est iura, aut contra potestatem habentis alium superiorem posse imponere tributa, seu contributiones necessarias ad munus sibi commissi rectam executionem Ita Cardin. de Lugo. 10. 2. de iust. d. 36. n. 5.

Cum eo opinor, si de natura rei loquamur. De facto tamen certum est, id non posse ab his fieri Gubernatoribus sine speciali supremi Principis concessione, vel cõmissione, quia de facto Principes supremi hanc potestatem sibi reservarunt, nec censentur illam concedere in ordinaria gubernativa potestatis concessione, nisi id expriment. Torum ergo hoc pendet ex supremi Principis voluntate, qui potest gubernandi potestatem concedere sine, vel cum hac limitatione. De facto autem semper limitare eam intelliguntur adeo, ut etiam si Rex constituat aliquem vicarium suum, ut Vice-regem generalem, eique Regalia concedat, non censetur adhuc hanc potestatem concessisse, nisi exprimat. Sanchez à Lugo citatus ubi supra.

## DVBIUM II.

*Civitas, vel communitas Principem  
superiorem habens, potest sine  
aliquando Principis facultate  
contributiones ad publi-  
cas necessitates imponere?*

<sup>25</sup> *Potest im-*  
*ponere con-*  
*tributio-*  
*nes.*  
 Potest quidem imponere quedam onera, quae Collectae vocantur, vel ad reparanda moenia, pontes, vias, modò non imponantur peregrinis & id fiat convocatis civibus, vel qui eorum vocem habent, quia hæc Collectae annuentibus civibus acquisite non videntur esse tributa. Sic Caiet. sum. v. Vestigalia ini- qua Lessius l. 2. cap. 33. dub. 3. numero 15. Valquez opusc. de restitutionib. dub. primo numer. 5.

<sup>26</sup> *Minimè*  
*potest.*  
 Minimè potest eiusmodi contributiones imponere. Quia quod illae vocentur Collectae vel vestigalia, aut tributa, parum refert, & in re tributa sunt. Quod autem non extorqueantur ab inuitis, sed à consentientibus non sufficit. Nam quando minor pars dissentit, adhuc ab omnibus exigitur, & illi quidem inuiti solvant. Ergo ex præcepto superioris obligantis, qui alius esse non potest, nisi communitas quae eo casu obligat subditos: Habet ergo iam communitas illa potestatem ad

ESCOBAR

Theol. Mor.

Tom. VI. VII.

F. IV.

ad imponenda tributa sub collectarum nomine. Ita Cardinal. de Lugo tom. 2. de iustit. d. 36. num. 7.

27  
Placet sententia hæc.

Placet Doctoris sapientissimi obiectio. Unde ne concedamus communitatem habere de facto potestatem ad tributa imponenda dicendum est, ex natura rei posse civitatem sub principis dominio existentem, ad sui gubernationem contributiones necessarias civibus imponere, si id à principe non prohibeatur, vel si eius consensus tacitus, vel expressus accedat: provt de facto accedit ad eiusmodi collectas, quas vel lege & concessione expressa in certis casibus imponere permittantur: vel certe ex tacito principis consensu, qui hanc consuetudinem agnoscens, & non prohibens, eo ipso videtur, tacitum consensum exhibere. Potestas ergo extenditur tam, quoad quantitates quam quoad personas, quæ solvere debent, & quoad alias circumstantias, quantum principis concessio extenditur. Quæ in variis locis varias limitationes, aut extensiones habet iuxta varias leges & consuetudines municipales, quæ consulendæ sunt, ne excedantur.

DVBIVM III.

Consuetudine potestne acquiri in noua Tributa imponendi?

28  
Non potest acquiri.

Acquiri non potest, quia id supponitur in Cap. super quibusdam. Unde consuetudine præscribi ius potest aliquod tributum exigendi, de cuius exactionis initio memoria non extat: non tamen potest acquiri ius imponendi noua tributa, vel illud primum augendi. Neque enim ex hoc, quod aliquis possit aliquod tributum exigere, sequitur quod possit noua imponere, vel illud augere: vt constat ex iis, qui à Rege emerunt ius exigendi suis in oppidis tributum, quod Regi soluebatur. Nec textus in Cap. super quibusdam loquitur de iure imponendi noua tributa, sed de iure exigendi illud, quod ab immemoriali exigere talis Dominus assolet. Sic Alfonso de Castro l. 1. de lege panali, c. 11. corollar. 2.

29  
Acquiri potest.

potest equidem, quia consuetudine etiam præscribi potest ius supremi principatus, quod secum affert potestatem etiam noua tributa imponendi. Ita Medina, Syluester, Angelus, Tabiena, Gabriel, Decius, panormitanus, & alij, quos affert, ac sequitur Sanchez l. 6. consil. cap. 4. dub. 4. Molina tom. 3. d. 666. num. 2. Valquez hic §. 1. dub. 1. n. 6.

30  
Hanc præfero scicntia.

Verius hoc, sed vbi non est lex prohibens præscriptionem iuris exigendi tributa, vel illa imponendi, provt est in Hispania. Porro consuetudo imponendi aliquod tributum, non dat ius imponendi alia, vel illud augendi. Ad hoc enim requiritur consuetudo etiã immemorialis imponendi noua, vel anti-qua augendi tributa.

DVBIVM IV.

Princeps infidelis potestne Tributa imponere à Christianis per eius Regnum transeuntibus soluenda, licet Regnum illud Princeps infidelis à Christiano Rege usurpauerit?

31  
Non potest.

Minimè potest, quia Christiani mercatores, v. gr. per illud Regnum transeuntes, non tyranno illi, sed proprio Domino tributa debent. Ergo Princeps nequit ab eis tributum exigere. Sic D. Antonin. Hostiens. Tabie. Archidia. Angel. Rosel, quos affert Sanchez l. 6. consil. capite quarto dub. 5.

32  
Potest quidem.

Potest equidem, tributa huiusmodi infidelibus principibus, tyrannis etiam debentur. Nam hosti est fides seruanda Cap. Innocens dem. 2. 2. q. 1. & Cap. Noli 2. 5. q. 1. Et quia licet Princeps infidelis iniuste alienum Regnum usurpet: illud tamen dominium non pertinet ad mercatores transeuntes, sed ad Principem Christianum cuius regnum illud erat. Quare non possunt mercatores Christianicolæ illi compensare sibi, tributi usurpatione. Ita Reinerius apud Syluestrum vers. Gabella 3. q. 4.

33  
Probabilius distinguo.

Probabilius distinguo inter Principem infidelem iusto titulo Regnum possidentem, & illum, qui iusto titulo illud possidet iniuste à Christianis ablatum. Primum dixerim Principi etiam à Christianis tributa deberi transeuntibus, vel mercatoribus. Secundò minime nisi præcedat pactum de illis soluendis. Primam partem probo. Quia ille est verus, ac legitimus Princeps, quare ab omnibus iure naturæ ei tributum est debitum. Ergo sicut Christiani transeuntes per alterius Principis Christiani Regnum debent, illi tributa iusta soluere: Sic etiam debebunt transeuntes per legitimi Principis infidelis Regnum. Secundam ostendo, quia illi non sunt veri Reges, nec titulum habent: ergo eorum leges non obligant, utpote à potestate non habente conditæ: & consequenter tributum non obligat Christianos illac transeuntes. Mecum Sanchez vbi supra.

CAPVT

CAPVT VIII.

*Circa conditiones necessarias ad Tributi iustificationem,*

DVBIVM V.

*Princeps, qui sua culpa in paupertatem peruenit, quia prodigijs elargitionibus, luxu, vel alio abusu consumpsit ararium: potestne Tributum, ad egestatem subueniendam, imponere?*

<sup>34</sup> *Nonnulla refero circa primam conditionem iusti tributi*  
**R**es conditiones exigi assolent ad tributi iustificationem. prima est causa iustitia: haec autem attenditur ex necessitate boni communis ad quod tributa debent ordinari: non ad principis utilitatem, vel abundantiam. pertinet tamen ad bonum publicum congruens ipsius principis sustentatio iuxta eius dignitatem, & statum. Cessante vero omnino necessitate iustitia tributi cessat, nisi alia causa subrogetur, ob quam tributum posset de nouo imponi; haec enim ad continuandum sufficit. Quaesierim itaque, an quando Princeps in egestatem peruenit, quia prodigijs largitionibus, luxu &c. ararium consumpsit, vel aere alieno grauetur, possit tributa imponere? Non potest, quia populus non debet pro culpa Principis poenam subire. Sic D. Antonin. Hostiens. Henricus, palacios, Rubios, quos affert Sanchez hic cap. 4. dub. 2. num. 8. Gabri. in 4. dist. 15. q. 5. articulo 1. conclus. 2.

<sup>35</sup> *Non potest.*  
 Potest plane, quia a subditis debent principi necessaria ad sustentationem prouideri. Licet autem princeps sua culpa venit ad egestatem: hic & nunc ea praestus debet a subditis subueniri. Ergo potest licite tributum imponere. Ita Sanchez citatus Molina tom. 3. d. 667. Lessi. l. secund. cap. 3. dub. 6. num. 48. Valquez Opus. de resit. §. 1. d. 2. 23.

<sup>36</sup> *Potest plane*  
 Vnam & alteram sententiam ad concordiam adduco. prima sententia vera est, si alia via Princeps possit necessitati subuenire. Secunda autem vera erit, si alia via Princeps nequeat subprouideri: tunc enim debent subditi contribuere. Notarium verum cum gratis Doctoribus, debere tunc principem moderari, quantum fieri valeat proprios sumptus, ne subditos sua culpa nimium grauet: debere etiam postea, quando ad pinguiorem fortunam venerit, damnum illud subditis refacere, quod principis culpa passi fuerint. Vnde monet P. Molina ibi, num. 5. peccare principes piaculo iniustitiae, quando inordinatis sumptibus, immoderatisque largitionibus periculo se exponunt grauandi populos in futurum: & ideo confestarium, & Thesaurarios praenunire debere, & in icere scrupulum in huiusmodi sumptibus ob periculum graui, cui se princeps exponit populos nimis exactionibus aggrauandi, occurrente postea necessitate pra-

<sup>37</sup> *Has sententias ad concordiam adduco, & plura addicio.*

sertim, cum bona illa, quae principes prodigunt non sunt eorum libera, sed ei a populo data ad defensionem Regni, & ad communes necessitates, quae occurrere possunt. Vnde etiam P. Sanchez dub. secund. num. 8. infert, si ex iniqua Receptorum administratione populus debita contraxit, posse ex facultate Regia imponi tributum ad ea debita soluenda, quando ex bonis Receptorum, qui male administrarunt, solui non possunt.

DVBIVM VI.

*Estne iustum Tributum, quod ex rebus quae communiter ad usum vitae humanae emuntur soluendum imponitur, ut ex pane, vino, oleo, carnibus?*

**D**ixi, triplicem conditionem assignari ad tributi iustificationem, primam autem esse causam iustitiam, de qua dub. 6. Secunda autem est proportio tributi cum necessitate, vel causa propter quam exigitur. Tertia est proportio geometrica in tributi impositione seruanda, ut scilicet, si ad necessitatem non omnibus communem, sed aliorum imponitur, in primo loco grauentur, ad quos necessitas illa spectat: itaque non potentibus, ab alijs exigantur; quatenus membra eiusdem corporis debent sibi inuicem subuenire. Si vero necessitas sit communis, omnes communiter, & quoad fieri possit aequaliter grauentur. Aequaliter, inquam, aequalitate ac proportionem geometrica, ut ij, qui maiores vires habent, plus soluant, & qui minorem, minus; alioquin non distribuitur onera communia aequaliter aequalitate formalis, sed aequalitate materiali, quae est summa inaequalitas: ut si paruulo, & viro adulto aequale pondus singulis deportandum imponatur. Hinc quaesierim, an sit iustum tributum, quod soluendum imponitur, ex rebus, quae communiter ad usum vitae humanae emuntur, ut ex pane, vino, oleo, carnibus?

Non est iustum. Quia in iis aequale, imò & plus grauantur pauperiores, qui plures filios habent ad quos alendos, plura emunt: Adde ditites, & nobiles plura ex iis habere ex iuris possessionibus, absque eo quod emere cogantur: atque ideo nihil soluunt; pauperes vero, qui debent pretio emere, eorum tributorum totum pondus apportant. Sic Alfonso de Castro, Driedo, Bernar. Hostiens. Angel. Tabie. Caiet. Sotus, Ledes. quos refert Sanchez libro sexto conf. capit. quart. dub. 44 & 45. Tolet. Zanard. Sayr. Roland. & alij, quos affert Diana parte secund. tract. 3. resolut. 28. dicens id esse probabile, & Bonac. d. 2. de contr. q. 9. p. m. s. m. 5.

Iustum quidem est. Quia conueniendo potest talis tributi prohibitiō abrogare. Sed haec ratio non placet. Nam si tributum iniustum sit ob inaequalitatem, iniustitia illa erit contra ius naturae, atque ideo non poterit consuetudine contraria purgari: sicut vitia non poterit consuetudine vlla licita reddi. Aliter scilicet proba. Quia seruetur aequalitas, quantum seruari potest. Nam

ELSCOBAR  
 Theol. Mor.  
 Tom. VI. VII.  
 Ed. IV

Nam licet pauperes cogantur emere: plus tamen emunt ditites & nobiles vna die propter maiorem familiam, quam alunt, & propter lautiores victum, quo vtuntur: quam pauperes emant vno mense, qui paucioribus contenti, paucius viuunt. Ita prima ratione nitens Syluest. Angl. Nat. Gabr. Rosel. & alij, quos sequitur Sanch. dub. 4.4. & 4.5. Valq. opusc. de restit. §. 1. dub. 2. n. 30. Molin. 10. 3. d. 669. Suar. de legib. l. 5. c. 15. n. 3. Azor. Malder. Ioan. de la Cruz, Tarrian, Reginald. Molfel. quos refert, ac sequitur Diana citatus.

41 Hoc probabilius esse defendo. Nam si tributum imponendum esset taxando cuiusque vires, & facultates, à singulis exigendo, quod solvere possunt, difficilius id fieret, & magis grauerentur subditi propter dependentiam ab exactoribus, & ministris, quorum iudicio taxandæ essent facultates, ac vires singulorum. Quare liberius hoc alio modo pauperes etiã contribuunt, quam si illo alio modo contribuere deberent.

DVBIVM VII.

Pauperes, qui defraudant tributa imposita in his rebus communibus, quas ad proprium usum emunt, vel asportant, sunt ne peccati mortali damnandi, & obligandi ad restitutionem.

42 **D**amnandi peccati sunt, & ad restitutionem obligandi, quia tributa in iis rebus imposita sũt iusta. Nam quod aliqui pauperes plura emant, quam ditites per accidens est ad conditionem proportionis: cum plures etiam ditites multo plura emant, plures enim agricolæ pauperes ex suis fructibus plerumque necessaria stabeant, ditites verò e contra vt in plurimum ea emere cogantur: pauci enim sunt ditites, qui carnes, vinum, oleum non emant, aliaque, quæ plures pauperes potius vendunt, quam emunt. Unde ex hoc capite nequeant pauperes excusari. Peccant ergo grauer, ac restitutioni sunt obnoxij, si ex præfatis rebus tributum defraudent. Sic Nauar. Rosel. Syluest. Angel. & alij, quos refert, ac sequitur Sanch. hic dub. 4.4. & 4.5.

43 **N**on sunt damnandi peccati lethalis, nec obligandi ad restitutionem, quia tributa in illis rebus imposita non sunt iuxta proportionem geometricam in eorum impositione seruandam. Si ergo iusta non sunt: vndenam defraudantes ea graui piaculo sunt damnandi, & obligandi ad restitutionem? Ita Hostiens. Caiet. Sotus, Ledef. quos refert Sanch. cap. 4. dub. 4.4. & tenet ipse n. 7. indicat Letf. dub. 8. num. 55.

44 **P**robabile admodum esse iudico, non facile esse damnandos graui piaculo, vel ad restitutionem obligandos: cum tot habeant Auctores graues, qui huiusmodi tributa licita esse negant. Saltem quando non constat de tributum iniusta.

Esco. & Mend. Theol. Mor. To. VII.

DVBIVM VIII.

*Cabellarius, seu exactor tributi regij posside inia conscientia illud exigere, quando iniustum præsumitur ob aliquam ex tribus conditionibus non seruatum?*

45 **V**idimus ad iustitiam tributi tres necessario requiri conditiones, nempe causæ iustitiam, tributum cum necessitate proportionis & geometricam æqualitatem. Quæstio itaque est, an si præsumatur, aliquam ex his conditionibus in tributi impositione deficere possit gabellarius, vel exactor tributi regij tuta conscientia illud exigere? Minimè potest, quia si Rex ipse imponere illud non potest, nec iuste percipere: coniecturè exactor id exigere, vtique cooperatore mali, non valebit. Sic Doctores multi asserentes necessariam esse illarum conditionum existentiam ad tributum iustitiam.

46 **P**otest sanè, quia ad eam non spectat tributum iustitiam vestigare: & iniustus illud exigere imponentis id operatur ex nomine. Ita n. alij graues Doctores Sanch. dub. 4.5. n. 9.

47 **E**xistimo posse illi tuta conscientia tributum exigere quamdiu ei de illius iniustitia clarè non constat, debet enim præsumere pro tributum iniustitia præsertim in tanta opinionum varietate.

DVBIVM IX.

*Assum (vulgo Sissa) impositum propter ipsius ciuitatis, vel loci utilitatem, in quo imponitur: exigitur ne iuste ab exteris illuc constitentibus?*

48 **N**on exigitur iuste, quia cum causa pertineat ad solos ciues, non debent exteri ad eam communitatem minime pertinentes grauari. Sic Syluest. Angel. Caiet. Tabie. Angl. Medina, apud Sanch. dub. 4.5. n. 6.

49 **I**uste exigitur, quia si exteri non soluerent, multi ex incolis ingentes se exteros emendo non soluerent. Et quia exteri plerumque etiã fruuntur bono illo communi fontis, pontis, viæ, propter quod illi loco tributum imponitur, ita Sanch. ibi. Valq. hic §. 1. dub. 2. num. 32. Molina 10. 3. d. 669. n. 3. & alij.

50 **H**anc sententiam veriorē esse iudico, quia incolæ etiam huius loci, quando ad alias ciuitates, vel loca confluunt, illorum tributa locorum soluant. Quare non fit inæqualitas, si incolæ aliorum locorum cogantur, & ipsi solvere tributa huius loci ex pacto tacto inter homines diuersorum locorum inuentum inito.

Cc DVBIVM

## DVBIUM X.

*Procurator, qui civitatis nomine adesse comitis, ubi de imponendo tributo agendum est, si certum sit rem esse iniuste concludendam, nec illius suffragium esse profuturum nisi ad odium sibi conciliandum: teneaturne adesse, & pro veritate loqui.*

52  
Nonnulla  
suppono.

Procedit difficultas hæc & sequentes in iis solum Regnis, & locis, in quibus Princeps nõ potest tributa imponere nova sine subditorum consensu, quem petere solet à communitatibus, vel ab iis, qui eas representant in comitiis publicis, seu in Parlamento totius Regni, quo solent confluere qui electione, vel iure suffragium habent: ibi autem à rege huiusmodi tributa petuntur ob urgentes necessitates. Profectò, id quod quos pertinet ferre suffragium, si tamen, rem iniuste concludendam esse, & suffragium suum posse conducere ad id impediendum: tenentur adesse congressui, & conari ad impediendum. Nã licet nõ teneatur sepe Decrationes adesse consentibus his communitatibus: tenentur tamen, quando de re gravis momenti est decernendũ, propter obligationem, quã ex munere suo habet bono publico consulendi Doctores communiter. Quando vero certus ille esset, rem esse iniuste concludendam, nec eius suffragium profuturum, nisi ad conciliandum sibi odiũ & invidiam sine vilo factu: quaeritur, num teneatur conventui adesse, & pro veritate loqui.

53  
Teneatur  
sane.

Teneatur profecto, quia quilibet Christianus obligatur veritatem facere, quando ex silentio illius ipsa læditur, insultante iniustitia, quod victoriam adversus veritatem, nullo dissentiente, fuerit consecuta. Sic nonnulli Doctores pie quidem & vere.

54  
Non teneatur.

Non teneatur, quia cum ex eius presentia nullum bonum publicum potest sperari; nõ obligatur adesse cum tanto onere. Ita Ledel. *sum. 10. 2. tr. 7. c. 2. concl. 24.* Ioan. Valer. in simili, & Nicolaus Garcia, quos affert, & sequitur Diana *10. 1. tract. de parlamen. resol. 18.*

55  
Hoc verius  
mihi.

Verius plane hoc. Solummodò enim quis tractatur ex munere, ad impediendum damnum commune eum damno etiam proprio, si utilitas speretur: non tamen ad proprium damnum subeundum, sine spe publicæ utilitatis.

## DVBIUM XI.

*Si is, ad quẽ spectat ius suffragij probabiliter iudicium formet de iniustitia tributi, sed probabiliter iudicet esse iniustum: potestne licite tributo consentire?*

56  
Questionis  
status.

Profecto quando aliunde noticia haberi non potest, is ad quem pertinet suffragium ferre, potest credere Regi attestanti, de gradu suæ necessitatis, & impotentia aliter

subveniendi aliquid in contrarium non conitatur, vel nisi argumenta sint fortia ad dubitandum de eius veracitate in circumstantiis presentibus. Quid vero, si ille probabiliter iudicet esse iniustum, sed probabiliter iudicet esse iniustum. Potestne licite tributo consentire.

Minimè potest, quia illi, quos civitates ad comitia immittunt, debent esse quasi economi, & curatores subditorum, seu civium, quorum nomine tributum acceptant: quo titulo amplecti debent partem probabiliorum. Neque enim fideliter suo muneri facit satis economus, qui cum in promptu tributum melius equali pretio comparare domino potest, minus bonum comparat: nec Medicus, qui ex duplici medicamento eligit minus tutum tutiori relicto æque facile. Cum ergo de bono Reipublicæ agatur, cuius hi curatores, seu economi sunt, & probabile sit tributi comodum, sed probabiliter eius incommodum gravior: non satisfaciunt suo muneri, si probabiliori parte relicta, probabile iustitiam tributi amplectantur. Sic Diana *p. 1. tr. de parlamen. resol. 20.* citans P. Vato, *hic c. 6. §. 3. dñb. 5. n. 75.* Ille tamen loquitur de Rege imponente tributum, qui quoniam iudex est inter bonũ & commune, cui subueniendũ, & inter subditos, quibus tributũ imponit: debet se qui probabiliori parte, sicut iudex in sententia ferenda; alioquin nõ consulit, prode debet Reipublicæ, eligendo partem minus probabilem, & securã. Nos vero nunc loquimur non de Rege, sed de subditis acceptantibus tributum, qui quidem iudices non sunt. Attamen sunt (vt dixi) sicut economi & curatores civium, quorum nomine tributo consentiunt, quo quidem idem quod Rex, & iudex præstare tenentur.

Potest equidem parti minus probabilis adhezescere. Quia quamvis alij Doctores probabiliter abnegent, Decrationem illam, (valgariter *Procurator de Comitibus*) subesse periculo gravandi amplius Rempublicam si opinionem probabiliorẽ non amplectatur: alij tamen probabiliter satis asserunt id periculum nõ subesse; cui iustitiam probabiliter in ferendo suffragio si se Decurio conformet, iã hoc eligit, vt malũ illum impediatur, quod probabile est vergere, in gravioris Reipublicæ detrimentum. Porò economus ideo peccat, quia empro meliori tritico, nullum periculum subitatur vero in casu, nõ tibi si tributũ erat necessarium, eo quod sententia probabilis illa asserit minus instare periculum, si tributum imponi non concedatur: tuta id conscientia gerere potest. Ita Suarez *l. 5. de legib. c. 28. n. 19.* Navar. *l. 3. de rest. c. 1. n. 268. & 269.* Cardin. Lug. *10. 2. de iust. d. 36. n. 34.* citans insuper Lessium.

Hanc sententiam in praxi admodum esse probabilem assero, & mihi eligo. In utraque autem sententia concedendum videretur, quãdo ex negatione tributi tixæ, Principis indignitas, scandala, ac similia timentur, & exiguus vel nullus ferè fructus ex negatione speratur, quia vel alij plures consentient, vel adhibita noua suffragiorum sollicitatione impetrabitur posse multo magis suffragatorem amplecti partem probabilem de iustitia tributi, probabiliori relicta. Quia obligatio eligendi partem probabiliorẽ à Procuratore

67  
Non potest

58  
Potest quidem

59  
Hanc deinde sententiam

re ( sicut ab œconomō ) non procedit, quando alie circumstantiæ parit illā reddunt. Non enim tenetur œconomus melius triticum comparare cariori pretio, nec Medicus melius medicamenta n adhibere ægioto, quod difficilium est. Cū ergo negato tributi maiorem difficultatem afferat, sufficit per medium probabile, quale indicatur tributi concessio, bono communi providere.

DVBIVM XII.

*Indicandumne est instum illud tributum, quod imponitur huic Regno, ut Rex alia Regna sue ditionis defendat?*

60 *Indicandū non est, instum esse.*  
**I**ustum esse, non est indicandum. Quia vñ quodque Regnum debet ad sui defensionem expensas impetire. Si enim hoc Regnum vilitatem non percipit, instum nō est, vt granamine tanto prematur. Sic nonnulli in ratione status parum experti.

61 *Instum esse, est indicandū.*  
 Indicandum plane est instum esse tributū quia est huius Regni in collis admodum necessaria huiusmodi contributo: cum hac occasione pax interna, & domestica fiuntur, quam non haberent, si aduclarij Regem debiliorem inuenientes, relicta aliis Regnis, bellum converterent ad hoc ipsum Regnum, quod nunc quiete potitur. Ita Valquez hic c. 6. §. 3. dub. 1. n. 6. doctissime ( de more ) hoc punctum versans.

62 *Anterioris resolutio.*  
 Carè tributa, que subditis ad præfens solum intereße attendentibus tenuissima videntur, si examinentur accuratè iusta plerumque sunt, & ipsi subditis necessaria. Locus integer P. Valquez legatur, qui multam conferet ad estimandum iudicium probabilissimum de huiusce tributi iustitia, & ad perspicendum, id tributum æqualiter ad huius Regni tuendam pacem ad hostes ex alio Regno profugandos, vel ne irruant in illud, reprimendos, exigatur.

Sic Angel. & Henric. apud Sanch hic, cap. 4. dub. 1. n. 5. Nauar. iur. c. 13. n. 55. & 60. Beia, & Duato. apud Dianam to. 1. n. de legib. res. fol. 19. & probabiliter indicat Lessl. l. 2. c. 33. dub. 8. n. 55. & Bonacin. de contr. d. 2. q. 9. p. n. 1. n. 3. Sa v. Gabella n. 6. Mald. 2. 2. 17. 5. 6. dub. 15.

64 *Quid dicendum.*  
 Est in conscientia obligatio. Quia tributum non debetur vt pœna, sed vt stipendium iure est in con- naturæ debitum Principi, ad suum flum- scientia. tum, & bonum publicum sustinendum. Quantitas verò nisi pacto taxetur, debet lege taxari, qua lege posita, tributum Principi ex lege naturæ debetur: imo & Publicano, in quem totum Regis ius ex conductione, fuerit translatum. Ita Gabri. Medina, Syluest. Couar. Caiet. quos affert, & sequitur Valquez hic §. 3. dub. 2. n. 16. Lessius ubi supra Turrian. 2. 2. d. 46. dub. 1. Molina to. 3. d. 674. Vega, Graf fernand. Megala, Ledel. gontier. Suar. Nartia, quos affert, & sequitur Diana citatus.

Ego autem cum Cardinali Lugo tom. 2. de iustit. d. 36. n. 39. assero, in hoc puncto aliqua esse certa debere, aliqua in dubium renocari. Certum est tributa iniusta, in quibus deest causa, vel necessitas iusta, vt imponantur, vel alia quelibet conditio ex illis tribus, que supra assignati: non debent in conscientia etiã quando petuntur: nisi forte sint solum iniusta quoad excessum, tunc enim debentur quoad eam summam, in qua sunt iniusta, & non excessum, in quo solum iniusta exponuntur. Certum est tributa iusta debent in conscientia eo modo, quo lex obligat, vt soluantur. Quare si lex obligat, vt soluantur etiam non petita, & hæc iusta sit obligatio erit in conscientia ea soluendi: antequam petatur. Quia lex obligat, & determinat illam summam pro stipendio debito Regi ad suum statum tuendum, quod stipendium populus dare tenetur, Rege petente. Si ergo Rex petit per leges, vt soluantur abique alia noua petitione: vnusquisque debet ex se illam summam soluere, vt contingit in decimis, que in conscientia, & ex iustitia debentur, etiam non petita; quia Ecclesia lege sua id postulant.

DVBIVM XIV.

*Leges tributorum suntne de facto tales, que exigant, tributa dari a subdito ex se ipsis sine alia petitione: & leges petentes tributa suntne ita iuste, vt obligent in conscientia subdito, cum onere restituendi, si non obediunt.*

CAPVT .IX.

*Circa obligationem Tributū soluendi.*

DVBIVM XIII.

*Estne obligatio in conscientia soluendi Tributū?*

63 *Non est obligatio in conscientia.*  
**N**on est obligatio in conscientia soluendi tributū. Quia leges tributorum sunt vt in plerumque pœna les que non obligant ad culpam, sed solum ad pœnam. Vnde penitentes vrgendi non sunt iniuri ad restituendum, quod fraudauerunt. Esch. & Mend. Theol. Mor. Tom. V II.

66 *Etiamsi nõ petantur, solui debet.*  
**D**e facto tales sunt, vt etiãsi tributa non petantur: debeat impendi, quia non potest Rex sine huius contributionibus sibi, & Regni necessitatibus providere; Ergo leges tributorum exigunt in conscientia nõ petita solui. Si verò non soluantur, qui tenent, ad restitutionem obligantur. Sic Valsq. citatus à Cardin. Lugo ubi infra. Adiciens, haud posse ex consuetudine introduci, quod Regi nõ assignatur, & soluantur sufficiens stipendiū pro se, & pro publicis necessitatibus sustinendis: sicut nec cõuetudo facere potest, quod Ecclesiæ Ministris stipendiū necessarium non soluantur, quia vtrumque est iure

in re naturali debitum. Ergo ne Regi necessaria deficiat, lex tributorum exigit, ut vel non petita solvantur.

67  
Soluti non debent, nisi petantur.

Leges quidem obligant ad hoc, ut subditus ex industria non occultet merces, vel fraudibus utatur ad fugiendam tributi solutionem, non vero ad hoc ut ipse quærat exactores eiusque sponte tributum offerat, quia id iam Regibus constat, à pluribus subditis gerendum. Ceterò si tributa ab omnibus etiam non petita soluerentur, excederet proculdubio quantitas illa id quod Regi à subditis debetur, cum de facto soluta solvantur, quando petuntur, sufficiat, lex ergo, quæ de facto cogere ad soluenda tributa non petita, non esset iusta, quoad illam circumstantiam; quia obligaret ad soluendam quantitatem excessivam supra Regis necessitates: Ergo ut iusta sit ea lex, & obligare possit, debet solum obligare ad eam quantitatem quæ ex tributi petitis colligi potest, non vero ad illum excessum, qui de facto necessarius non indicatur, præsertim cum attenda consuetudine contraria, & certitudine antecedenti, quod lex in alio sensu illo non observaretur, lex illo non deseruiret nisi ad illaqueandas conscientias subditorum sine fructu, & per consequens ex hoc etiam capite esset etiam inutilis, & invalida. Ita Sotus, Tabie, Henrici, palati, Ledelina, Angli, & alij, quos refert, ac sequitur Lugo 10. 2. de iust. d. 36. n. 42.

68  
Auctoritas resolutio.

Ergo autem consilium P. Molinae d. 674. n. 9. secutus, dixerim, monendum esse populum ad tributa soluenda, & ad bene & iuste de illis iudicandum: ac præsumendum: & antefactum concludendum esse, ne defraudentur, postfactum verò, seu defraudatum tributum, si promittens certo, vel probabiliter sibi persuadeat in tanta tributorum multitudine esse aliquid iniustum, quod ipse solvit, vel multitudinem ipsam esse nimiam, & excessivam, vel se attempta qualitate suæ personæ, & negotiorum ex reliquis tributis, quæ non defraudant, competere contribuisse ad necessitates publicas: non esse cogendum à Confessario ad restitutionem; hac verò doctrina prudenter, & cum dexteritate magna utendum esse solum, ne Sacramentum penitentiae reddat nimis gravis, & ne viam salutis præcludat multis, qui esto à Confessario obligentur, non restitunt, & æternam damnationem incurrunt. Ceterum curandum esse, ut populus semper ad obediendum Principibus inclinetur, ut Reipublicæ pax, & obedientia, reuerentiaque Principibus debita conferretur.

DVBIVM XV.

*Si gabellarius, vel custos simpliciter interrogat de mercibus, quas aliquis adfert vendendas, & minorem esse quantitatem sine iuramento responderet, obligaturne ad restitutionem?*

69  
Nonnulla suppono.

Quando gabellarius se remittit conscientie illius, qui solvere debet tributum, & dicit simpliciter, ut soluat iuxta id, quod

portat, vel quod emit, aut vedit, si sub iuramento interrogat de merito quantitate, tenetur in conscientia, & cum onere restitutionis totam quantitatem manifestare si iurare vult, potest enim non iurare, teste Nauarro apud Sancium citandum. Quod idem ipse Sancius dicit, quando gabellarius, vel custos committit conscientiam vendentis, ut dicat verum, Quod autem quando non remittit conscientiam, sed simpliciter interrogat de mercibus haud iuramento petito, tenetur fateri veritatem cum obligatione restituendi.

Non obligatur ad restitutionem etiam metiatur, & meriti occultet quantitatem. Quia non videtur exigi cum toto rigore, cum possit sub iuramento, vel alio modo auctoriis peti. Sic nonnulli, quorum sententiam Sancius ait esse probabilem l. 3. consil. c. 4. dub. 10. n. 13.

Ad restitutionem obligatur. Quia gabella petita, tenetur solvere eam & iam tunc petitur. Ita Sancius, ibid. docens hanc sententiam esse probabiliorum Contemtorum Carcin. Lugo tom. 2. de iust. d. 36. n. 45.

Hoc verum iudicio, quando tributum iustum, & debitum petitur: tunc si adhuc petitum, nimium, & excessivum esse putaretur, vti ipse Cardinalis annotat.

DVBIVM XVI.

*Si postquam cessauit omnino causa Tributi in se exigendi, transiit tempus, de cuius initio non constat, & semper Tributum solutum fuit: idne sufficit ad Tributum iustum?*

SI causa, ob quam tributum fuit impostum omnino cessauit: certum mihi, cessare tributum iustitiam, & obligationem illud soluendi nisi alia causa, vel necessitas subrogata fuerit, quæ sufficiat ad illud iustificandum. At si solus cessat ad tempus, & princeps manet cum obligatione providendi, quando necessitas occurrerit, pro ut occurrere adhuc potest, eo titulo tributum poterit persolvere. Anton. Alfonso de Castro, Caiet, Angli. Tabie. Rosel. & alij plures, quos affert, & sequitur Sancius l. 3. consil. c. 4. dub. 8. n. 2. Quæserim vero an si postquam cessauit, omnino causa, transiit tempus de cuius initio non constat, & semper tributum solutum fuit id sufficiat ad tributum iustitiam.

Sufficit quidem. Quia consuetudo antiqua sufficit ad iustitiam tributi, ut colligitur ex Cap. super quibusdam, de verborum signific. Et quia sicut cetera iura præscribi possunt, poterit etiam ius præscribi. Sic Ioan Medina C. de resint. q. 14.

Minimè sufficit, quia vel Princeps præscribit illud ius, ita ut tributum sibi debeatur ut private persone, sicut alia bona sua, vel solum sub titulo tributi. Non primo modo, quia supponimus, semper solutum esse, & solum ut tributum, & eo modo quo cetera tributa, hoc autem modo præscribi non potest, causa cessante, quod quod soluitur ut tributum, debet solum esse iustitiam ad satisfaciendum debito naturali Regni contra Regem.

ESCOBAR  
Theol. Mor.  
Tom. VI. VII.  
E. IV  
6

Regi que necessaria sunt ad suum statum, & ad communem indigentiam: quare cessante, impossibile est, quod detur ut tributum, cum deficiat eius essentia. Ita Cordoba, quem refert, & sequitur Sanch. l. 7. *confil. cap. 4. dub. 8. num. 4.* Valquez *hic dub. 5. num. 58.* Navarra *lib. 3. de restit. cap. 1. p. 3. dub. 1. 1.* Turrian. 2. d. 46. *dub. 4. n. 4.*

76 *Hoc verius esse iudico.* Hanc sententiam longe veriores esse iudicant. Nam tributum illud in casu nostro singularis annis solvendum est propter titulum novum, neque propter presentes necessitates: non propter titulum precedentem, sicut alia bona prius: Si ergo debeatur iure prescriptionis iam non solvetur amplius ob tributum, cum deficiat tributi essentia, que est solvi ad subministrandum necessitatibus Regis. Repugnat ergo, quod manendo infra ratione tributi præscribi possit, causa necessaria ad tributum deficiente.

sub distinctione teneatur vel ad expendendum tributum in his, ob que datur, vel ad restituenda damna sequuta. Sic Medina *C. de restit. q. 14. §. Alind dubium.*

Debet quidem restituere tributum. Quia Princeps non obligatur distinctione solum, sed determinate ad causam ponendam: sicut custos non obligantur solum distinctione ad custodiendam vineam, vel restituenda damna; sed debet ex contractu & ex iniuria vineam custodire, nec potest id sine iniuria omittere. Ita Valq. *in presenti §. 3. dub. 4. n. 50.* & alij.

Huius Doctõris sapientissimi sententiam amplexus, sic eam expendo. Si Rex exigat tributum sine animo expendendi in publicam utilitatem, sed in alios usus, tributum est iniustum, & iniustum: caret enim debito sine utilitatis publicæ: atque ideo illud Princeps restituere teneatur, quia sine titulo accepti nisi postea mutato animo, in communem illam utilitatem infunderet, & debet etiam damna refarcire. Si verò Princeps bono animo tributum accepit, & postea male expendit, scilicet, non in id opus, ad quod fuit ei collatum, ut ad potum, fontem, viarum reparationem, viarum custodiam: teneatur postea tantundem de suo in illud opus infundere. Quare subditi poterunt non solvere sequenti anno, quia pro eo anno princeps debet id quod iam pro anno precedenti accepit, & male expendit, restituere.

81 *Debet restituere.*  
82 *Hanc eligo & expendo sententiam.*

DVBIVM XVII.

*Quando Princeps non præstat ea, ad que Tributum impostum, ac concessum fuit, subditi teneantur solvere?*

77 *Non tenentur solvere.* Solvere non tenentur, quia Princeps obligatur determinate ad ponendam causam ob quam tributum est: sicut custos obligatur ad vineam custodiendam, & debet ex contracta & ex iniuria vineam custodire, quod si emittat, licet poterit stipendium ei denegari: tunc Principi omnino id, ad quod tributum assignatum, minime ei debetur. Sic Caiet. *v. Pectig. d. Sylvest. v. Gabella 3. q. 3. & 9. Sanch. l. 3. confil. 4. dub. 8. n. 5.* citas alios Gabr. apud Valquez *hic §. 3. dub. 4. n. 49.*

78 *Solventur.* Teneantur solvere, quia si bono animo Princeps accepit tributum, scilicet ut expendat in id ad quod solvitur, licet quidem accipit, & subditi teneantur illud solvere, licet princeps postmodum male expendat: non enim subditi id debent præsumere. Ita Valquez *vbi supra.*

79 *Auctoritas resolutiva.* Ego quidem idem asseruerim, immo tamen si ex frequenti malo vii constat timendum esse quod Rex etiam in futurum tributo male uteretur, posse subditos non solvere. Quia scilicet vitis illius tributum, etiam si iuste exigatur non deberet Regi committi, cum timeatur abusus; licet enim ille habeat propositum bene consulendi, & licet exigat subditi non tenentur illi credere.

DVBIVM XIX.

*Mercator, qui ex venditione debet gabellam solvere, occidit rem Petro vendidit, ad gabellam defraudandam: Petrus teneantur restituere, eo quod fraudationi fuerit cooperatus?*

83 *Restituere tenentur.* Teneatur restituere, quia is, ad quem merces titulo emptionis veniunt, non soluta gabella debita ex venditione, debet in conscientia eam solvere; est enim onus reale, quod cum ipsis mercibus transit. Sic Sylvest. *v. Gabella 3. n. 8.*

84 *Non tenentur restituere.* Non tenentur, quia illud non est onus ita reale affixum mercibus, ut Princeps habuerit iam dominium mercium; sed ad summum tenentur merces secum hypothecâ pro gabella solvere. Ita ad hoc tamen debet fieri excusio in bonis venditoris, & intentati actio contra ipsas hypothecas. Non ergo tenetur emptor nec ratione rei acceptæ, que non erat sub dominio Regis, sed venitoris: nec etiam ratione iniuste acceptiois. Ita Sanch. *l. 3. confil. 4. dub. 12.* Molina *ex parte 10. 3. d. 675. Lessi l. 2. c. 33. n. 9.* At Molina & Lessius non loquuntur expresse, quando venditor ex industria occidit vendit ad hunc finem, sed quando quis emit ab illo, quem scit fraudare velle gabellam.

85 *Verius satisfactio.* Ego autem cum Cardin. Lugo *10. 2. de inst. d. 36. n. 65.* existimo imprimis emptorem ex hoc capite non obligari, quando gabella talis est, ut debet solvi in conscientia solum quando petitur: & hæc non debetur in

DVBIVM XVIII.

*Princeps non præstans ea, ad que Tributum concessum fuit, teneantur illud restituere?*

80 *Restituere non debet.* Non debet restituere tributum acceptum sed damna sequuta, ex eo quod non inspicit in publicam utilitatem, ad quod concessum est. Quia Princeps solummodo *Esch. & Mend. Theol. Moral. To. VII.*

eo casu à venditore, nisi à gabellario petatur quare fraudatio illa non erit illicita. Si verò gabella est talis, vt debeat offerri etiam non petita, vel certe non possit occultari ex industria, ne solvatur, tunc distinguendum esse Nam si emptor cooperatur suadendo vt fiat in occulto, iam concutitur positivè & determinatè ad rei alienæ retentionem: atque ideo tenebitur secundo loco non restituente ipso venditore: & id concedit expresse idem Sanchez *num. 5.* Si verò cooperatur solum materialiter, quatenus ipse secretum non procurat, sed venditore domum eius intrante secreto, & offerente aliquid, ipse acceptet, & emat, sciens illum velle ita vendere, vt gabellam non solvat: ipse Sancius dicit, illam non esse cooperationem, quia emptor non cooperatur, sed merè passivè se gerit: sicut qui recipit Sacramentum à ministro existente in peccato mortali parato cuicumque conferre. Hoc autem non admitto. Quamvis enim emptio illa non sit cooperatio determinata, sed adhuc indifferens, quia venditor potest solvere gabellam, si suo debito velit satisfacere: negari tamen non potest, quod sit aliqua cooperatio, cum secretum illud deserviat venditori, vt valeat absque timore sibi gabellam debitam retinere. Quare eo casu crediderim, aliquam graviores causam desiderari ex parte emptoris, quam ad recipiendum Sacramentum ab indigno, vel ad mutuum sub usu is exigendum. Ipse enim Sancius. *l. 1. Decalog. cap. septim. numer. 12. & 18.* cum communi docet, multò graviores & virgentiores causas requiri, ad excusandum eum, qui alteri cooperatur etiam per actionem ex se indifferenter ad peccatum iniustitiæ & in damnum tertij, quam in aliis peccatis, quæ non sunt in damnum tertij, sed illius solum, cui cooperaris. Ex eo autem præcisè, quod scias, venditorem non soluisse, vel non solvituram Gabellam, quando ei nullo modo cooperaris: nõ teneberis solvere propter merces, quas emisti. Quia illud non est onus omnino reale.

## DVBIUM XX.

*De iure Hispano emptor (cui lege. 32. præcipitur, retinere partem pretij, vt gabellam solvat, si id omittat, tenebitur ne restituere?)*

86  
Status  
questionis.

Questio hæc procedit ex iure Hispano propter legem 32. titul. 19. l. 6. nona *re-copil.* vbi præcipitur emptori, quod retineat partem pretij pro gabella solvenda, si non constet, à vendito resolutam esse. Quæsitum itaque, an si emptor id omittat, ad restitutionem teneatur?

87  
Tenetur  
planè.

Tenetur planè. Quia emptor tenebatur id gerere ratione officij sibi à lege impositi. Qui autem negligens est in officij executione, ad damnum sequutum teneatur. Sic nonnulli Doctores apud Sancium *lib. prim. Decal. cap. 7. n. 1.*

Non tenetur, quia lex illa non est vlti-  
cepta. Ita Sancius *citatur.* Lugo *Cardin. 10. 2. Non tenetur.*  
*de infl. d. 36. n. 67.*

Hoc defendo. Nam lex ea videtur iniusta, obligando emptorem, vt sit quasi minister gabellarij nullo accepto stipendio, & cum digni detrimento proprio. Quia venditores graviter id ferrent, & vindictam fortasse inferrent: emptorque sibi noceret, cum omnes fugerent suas illi dinendere merces.

## DVBIUM XXI.

*Quando gabella aliquo est iniusta, & omnino debetur: excusaturne is, qui ob necessitatem (id est coactus) vendit, à gabella ex venditione debita?*

Excusatur à gabella solvenda, quia quando auctoritate Iudicis videre suas merces cogitur, quasi iniuria afficitur, quæ quidem retentione gabellæ potest compensari. Nam si ille ad tempus magis opportunum differret mercium venditionem, vberius proculdubio pretium acquireret. Sic aliqui Auctores, quos referunt Molin. & Turrian. *cit. ad.*

Non excusatur, quia cuilibet mercium venditioni addicta est gabellæ solutio: cogentem ad vendendum à Iudice, aut non cogi, accidentale quidem est. Ita Molin. *d. 666.* Turrian. *2. 2. d. 45. dub. 1. n. 10.*

Adicio tamen, æquitatem exigere, quod totum illud onus tunc in emptorem refundatur. Neque enim iuste quis potest cogi, vt rem suam vendat cum damno, sed debet totum pretium accipere. Concedo itaque deberi gabellam, sed à venditore solvendam non esse, sed ab emptore verius affirmo. Quod quidem tãdem hos Doctores asserere video.

## DVBIUM XXII.

*Ex mercibus prohibitis debetne quis gabellam solvere?*

Debet v. gr. duo regales Hispani pro gabella ex quolibet dolo vini, quod in vitæ venditur: prohibetur tamen ne quis vinum ex aliis locis vendendum, vel ablatum à civibus afferat, donec heredes Urbis suum vinum diendant: Quæritur, num si contra prohibitionem hanc vinum afferatur, debeat ex illo gabella solvi?

Debetur quidem gabella, quia si ex permissis mercibus gabella debetur, quare ex prohibitis solvenda non erit? Certè potiori iure videtur ex mercibus prohibitis exigenda, quæ ex permissis. Sic nonnulli apud Sancium *in presenti, dub. 16.*

Non debetur. Quia gabella imponi videtur mercibus, quæ introduci possunt, & per ipsam gabellæ acceptionem videtur princeps introductionem approbare. Quando ergo Princeps introductionem approbare non vult, non

ESCORBAR  
Theol. Mor.  
Tom. VI. VII.  
E. IV  
6

non exigit ex illa gabellam non enim debet offerri gabella, quam Princeps accipere nolit: sed Princeps ex tali vino gabellam scienter nunquam accipere, sed prohibere introducti: Ergo non est, tunc debeat ei offerri. Ita Sanchez *ibid.* citans Medinam, & Conarruias fauentes.

96 *Verius hoc mihi.* Probabilius hoc esse iudico, nisi contra-rium à lege explicetur. Nam id videtur ex praxi confirmari. Quando enim deprehenditor vinum illud, vel merces quæque prohibita, non solet peti gabella, sed pœna.

DVBIVM XXIII.

*Debetur ne gabella ex rebus, quæ non ad negotiationem, sed ad proprium usum deferuntur, vel emuntur.*

97 *Non debetur.* Non debetur. Quia gabella videtur solis negotiatoribus esse imposita, & gabellatio de sola gabella ex mercatoribus procedenti absoluit esse cura. Sic plures, quos afferunt Sanchez *dub.* 44. & Lessius *l. 2. cap. 32. dub. 7.*

98 *Debetur quidem.* Debetur equidem. Quia non semper sufficiunt gabellæ, quæ ex solis mercatoribus colligi possunt. Ita Sancius, & Lessius, *ubi supra.*

99 *Cum his opinor.* Cum his opinor, annotans tamen, maiores causas requiri ad iustitiam tributi in his rebus, atque idem facilius posse dissimulari cum illud defraudantibus.

DVBIVM XXIV.

*Creditor Regis, qui nequit debitum ab eo recuperare: potestne non soluere ut sibi pro debito compenset, si eam gabellam Rex locavit alicui, in cuius præiudicium eiusmodi compensatio videtur resultare?*

100 *Quæstiois statum.* P. Rofecto quando tributum non est venditum, vel locatum alteri à Rege, sed ipse Rex per suos ministros id exigit, omnes fatentur, posse à creditore Regis fieri compensationem si ceteræ conditiones requisitæ ad iustam compensationem adsint. Difficultas est, quando Rex locavit gabellam alicui, in cuius præiudicium videtur ea compensatio resultare, an possit adhuc creditor ille compensare sibi debitum non soluendo gabellam.

101 *Non potest.* Minimè potest. Quia tunc creditor non compensat sibi debitum illud ex bonis Regis, sed ex bonis conductoris gabellæ, quæ quidem solus, & non Rex damnum ex tali compensatione sentiret. Sic Corduba *summ. quæst. 95. dub. 3. Reginal. tomo prim. lib. 10. numero 83. Graf. decis. p. 1. libro 2. cap. 125. nu. 39.*

Potest omnino. Quia huic periculo se exponunt conductores, & ob id minoris condunt, quod sciunt, à pluribus gabellam non esse soluendam, Ita Syluest. *v. Gabella, 3. q. 9. Sanchez, hic. c. 4. dub. 58. Molina d. 674. numero 10. Lessius libro secund. cap. 33. dub. 10. Valq. hic. §. 3. dub. 3. numero 33. Turrian. 2. 2. d. 46. dub. 3. numer. 1. Nauarra, Molfes. Bonac Barthol. à S. Faulto, Vega, & Malder. quos affert, & sequitur Dianap. 2. tractat. 2. resol. 16.*

Hanc sententiam probabiliorum quidem eligo, fundamentum vero illud ab aliquibus Doctoribus citatis excogitatum infirmum cum Petr. Vasquez esse video. Nam si illud periculum iniuste patiuntur hoc non excusat debitorem. Probo autem conuenientius ex eodem doctore. Quia publicanus conducentis gabellam non fit dominus iuris directi tributum: hoc enim ius manet semper penes Regem, nisi quando Rex vendit marchioni, vel ciuitati tributa, ita ut dominium, vel quasi dominium in emptorem transfuset, quæ casu iam tributa non debentur Regi, sed illi Marchioni, vel ciuitati. Publicano autem non venditur tributum, sed usufructus, seu ius ad colligendam pecuniam debitam Regi pro vno, vel pluribus annis. Usufructuarius verò non habet plus iuris ad censum, vel redditum pecuniarium, nec habet dominium alicuius rei, sed ius ad illos redditus, quando Regi debiti erant. Ius uamque usufructuarij tamdiu in eo durat, quamdiu dominium durat in domino, à quo ius usufructuarij perpetuo dependet. Vnde fit conductores gabellæ non habere ex conductione ius ad gabellam, nisi ad eam, quæ Regi deberetur: quare ex quocumque capite gabella Regi non esset debita, sine quia incipit esse iniusta, sine propter aliam rationem, conductor nullam ius in illam habet. Cum ergo in eo casu gabella non sit debita Regi ab eo, cuius Rex debitor est, non potest gabellarius ex conductione ius acquirere ad gabellam exigendam ab eo, cum non possit cogere nisi eos, qui Regi soluere deberent cuius loco subrogatur, ad exigenda ea solum, quæ Rex potest exigere.

DVBIVM XXV.

*Compensatio potestne fieri à Regis creditore, quando debitum contractum fuit à Rege postquam gabella absolute debebatur?*

EX præfatis videtur inferri, compensationem fieri non posse à creditore Regis, quando debitum contractum fuit à Rege, postquam iam gabella absolute debebatur publicano, qui eam conduxerat, non dico, quando post conductionem gabellæ contractum fuit, sed quando contractum fuit, postquam gabella absolute debebatur, v. g. postquam contractus celebratus fuit, vel postquam

104 *Quæstiois statum.*

C c 4 quam

quam merces introducta fuerit, ex quibus gabella debebatur. Quæstionem itaque, an in hoc casu à creditore regis possit fieri compensatio, non soluendo publicano gabellam?

104 Potest fieri. Quia etiam eo in casu Regi tributum soluendum non esset, si per se ipsum illud exigeret, nec publicano illud locasset. Ergo nec publicano conductori solui debet: cum ipse non habeat ius exigendi, nisi quando regi esset soluendum. Sic Valq. *hic*, §. 3. *dub.* 3 n. 41.

105 Fieri non potest. Quia creditor Regis ideo excusatur à gabella soluenda, quatenus in illis circumstantiis gabella esset iniusta, cum peteretur ab eo, qui inponitur, sufficienter contribuisse aliunde Regi ad publicas necessitates. Hæc autem ratio in casu nostro non procedit. Quando enim afferuntur, vel venduntur merces, ex quibus gabella debetur, hic subditus nihil Regi contribuat adhuc, nec Rex aliquid ei debet: Ergo tunc gabella iusta est, quam iam debet Regi, & Rex transfert totum illud ius in publicanum. Quare iam nullo modo Regi, sed soli publicano debetur propter iuris Regij in illum translationem. Quod autem postea subditus aliunde contribuat Regi, non tollit primum debitum, ad cuius iustitiam non attendenda est causa gabellæ pro tempore sequenti, sed pro tempore, quo absolute debuit solui. Ita Card. Lugo *to. 2. de iust. d. 36. n. 80.*

106 Verius hoc mihi. Nulla enim subest ratio, ob quam iuste publicano, gabella illa denegetur, ad debitum Regis compensandum. Non enim potest retineri ob iniustitiam gabellæ, cum fuerit iusta hodie, quando solui debuit: nec etiam ob compensationem, cum publicanus nihil illi creditori Regis debeat, Regi autem iam hodie nullo modo debeatur gabella illa propter translationem totius sine iuris in publicanum, cui soli iam debetur.

## DVBIVM XXVI.

*Dubium negativum de iustitia Tributi, excusante ab eo soluendo.*

107 *Questionis. statui.* DE tributi iustitia dupliciter dubitare potest: Primum, per dubium negativum, quando nec de eius iustitia constat, etiam per rationes probabiles. Secundum, per dubium positivum, quando sunt utrimque rationes probabiles. Loquendo itaque de dubio negativo quæstionem an id excuset à tributo soluendo:

108 *Excusatur quidem.* Excusatur quidem. Quia *Cap. Prægnat. de censib.* dicitur in omni censu oportere, *ut ad quid, & quando per solui debeat, præsciatur.* Et quia *Cap. Quæquam, de censib. lib. 6.* dicitur, pedagiorum exactiones tam iure Canonico, quam civili regulariter merito esse damandas. Sic Sylvester Medina, Gabriel Antonin. margarita, Rosel. Corduba, Caietan. Armill. Tabien. Driedo. Bartol. Cornel. & alij,

quos refert, & sequitur Sanchez in *presenti cap. quart. dub. 6. numero secund.* Villalob. Ioan. de la Cruz, & alij, quos affert, & sequitur Diana p. 3. *trattat. tertio resolut. 39.* Molina d. 674. numero 6. & 9. *conclus. quint.*

Non excusatur. Quia tributum affert pro sua iustitia præscriptionem, in dubio enim præsumendum est pro principe, quod iuste præcipiat, ac petat. Certe in dubio sententiæ iudicis parendum est, & in dubio iustitiæ legi, præsumi debet iusta. Ita Lessius *lib. 2. c. 33. dub. 8. num. 64.* Malder. 2. 2. *arrest. 5. cap. 6. dub. 4.* Sorns, & Palacios apud Sanchez *citatum Valq. hic* §. 3. *dub. 5. n. 78.* Turrian. 2. 2. *d. 46. dub. 6. n. 5.*

Ergo autem iudico, primam sententiam probabiliorum esse, stante vero dubio, & iusta Primam debita diligentia, ad illud expellendum. Si ta- *109* *Non excusat.* men præsumptio aliqua sufficiens ad ius tributum iustitia, iam non erit subditus in dubio proprio, cum præsumptio illa partem contrariam fundet. Quando igitur iuri non potest, nec iudicari etiam probabiliter tributum esse iustum, non videtur obligandus subditus ad illud soluendum. Quia in dubio semper onus probandi incumbit ei, qui petit. Cum ergo Princeps, vel exactor tributi sit qui petit, ei incumbit onus probandi, tributum esse iustum, nisi afferat intentionem suam fundatam in præsumptione. Ergo dum is non probat positivè tributum iustitiam, non debet subditus obligari, quatenus non valeat positivè probare iniustitiam. *110* *sententiam defendo.*

## DVBIVM XXVII.

*In dubio positivo, quando adsumt rationes probabiles pro iustitia, & pro iniustitia Tributi, potestne subditus illud non soluere?*

NON potest non soluere tributum. Quia *111* *Non potest* Princeps sequens opinionem probabiliter tributum imponit. Ergo subditus se non soluere. debet eidem conformare, & tributum soluere, quod quidem iustum ex illa probabilitate opinionis procedendo existit. Sic Valquez *5. tertio dub. quint. numero 78.* Turrian. in *presenti, d. 46. dub. 6. n. 5.* Suarez *d. 6. de legib. c. 28. num. 20.*

Potest quidem non soluere. Quia subditus *112* *Non soluetur* opinans probabiliter, eam præceptam esse illicitam, vel excedere præcipientis potestatem, *re potest.* potest non obedire, ut multi probabiliter docent. Unde subditus potest amplecti opinionem probabilem contrariam de tributi iniustitia, & operari iuxta illam non soluendo. Ita Navarra de *restitutio. libro tertio p. 3. dub. 13.* Sanchez libro sexto *Decalog. cap. tertio. numero septim.* A fortiori idem docent, quotquot dicunt, subditum probabiliter iudicantem, rem præceptam esse supra potestatem præcipientis, posse non obedire, ut late probat Castro Palao *trattat. 1. 2. pan. 6. n. 5.* *Expresse*

ESCORBAR  
Theol. Mor.  
Tom. VI. VII.  
E. IV  
6

Expresse Lessius libro secund. cap. 3. dub. 8. n. 67. asserens, esse communem doctorum sententiam Malder hic, tr. 5. cap. 6. dub. 4. & alij multi, quos asserit Diana p. 1. tr. de parlamento, ref. 59.

113 *Auctoritas resolutiva.*  
Exitimo, in eo casu quo probabiles sunt rationes pro iustitia, & pro iniustitia tributi, Principem licite petere, & subditum licite negare. Quia uterque opinionem probabilem sequitur, & dari potest bellum iustum ex utraque parte propter ignorantiam veritatis, quae ex una parte intercedit. Quamvis autem Valquez dub. 5. num. 6. asserat principem tributum imponendo, debere sequi opinionem probabilem, quia iudex est, alij tamen dicunt, iatis esse, si probabilem opinionem sequatur. Lessi. & Turrian. ubi supra.



CAPVT X.

Circa personas à Tributis, & gabellis soluendis exemptas.

DVBIVM XXIX.

Potestne Princeps exemptionem à Tributis soluendis vendere?

DVBIVM XXVIII.

Gabellarius dubitans de Tributi iustitia exigens id peccatne si subditus Regia non sit, nec ad exigendum compellatur?

114 *Status quoniam.*  
Subditus compellus à Rege, licet dubitet de iustitia tributi, non peccat illud exigendo, si tamen prius confulauerit viros doctos, & illis confultis adhuc dubium perseueret. Nam obedientia debita subditum excusat. Quæstio autem est, si non sit subditus, nec ad tributum exigendum compellatur, an illud exigens peccat?

115 *Peccat, si non sit subditus.*  
Peccat quidem si non sit subditus, nec compellatur, sed se ingereret cum tali dubio, ad tributum exigendum. Quia periculo errandi in re grani exponitur, cum ex huiusmodi dubio stare iustitiam videatur pro subditis, à quibus tributum est exigendum. Sic Mol. d. 674. n. 7. Sanch. l. 2. consil. c. 4. dub. 7. & alij, quos asserant.

116 *Non peccat.*  
Minimè peccat, etiam si subditus non sit, nec compellatur. Quia iudicare potest Regem esse prudentem, neque imponere tributa absque doctorum hominum consilio. Ita Valq. quem citat, & sequitur Turrian. hic, d. 46. dub. 6. n. 4.

117 *His adhaereo.*  
His adhaereo. Quia si exactio tributi in non subdito iniusta esset, etiam in subdito esset iniusta. Subditus enim obedire nequit, si quod præcipitur iniquum est. Si igitur subditus excusatur à crimine, quod inducet sibi iustum imperari, cur ob eandem rationem qui subditus non est, non excusabitur. Obligari autem subditum à Principe non obstat, quominus à crimine excusetur, cum debeat præcepto iniquo non obedire. \*.\*

118 *Certa præmissa.*  
Etiam est posse Principem ex causa iusta aliquos à tributorum solutione eximere, quomodo de facto noones in Hispania exempti sunt non ab omnibus, sed ab aliquibus soluendis. Quia ad rectam Reipublicæ gubernationem spectat, ut qui de ipsa eximie meriti sunt, & qui eam suo periculo, vel sanguine fuere tutati, peculiari- ter vltra alios remunerentur. Sanchez libro secund. Consil. cap. 4. dub. 60. Sotus l. 3. de iust. quest. 6. artic. septim. concl. 4. Molina d. 673. numero secund. Profecto hæc doctrina procedit, etiam si ex nobilitate, & exemptione alicui concessa, sequatur indirectè, quod alij plus soluant, decrefcente numero eorum: qui solunt. Potest enim intercedere causa, quæ id totum iustificet ob rectam (ut dixi) Reipublicæ gubernationem, quæ illi modice læsioni præponderat. Sanchez numero tertio. Vnde etiam medici, Doctores, Milites, & alij similes, qui Reipublicæ viles sunt, rationabiliter eximi possunt, & hac exemptione inuitari, ut ad aliquam Urbem adueniant, cui possint deferuire. Imò posse eis hanc immunitatem concedere Principes inferiores & communitates ipsas, fatetur idem Sanchez numero 8. cum aliis, quia per hoc non grauantur cæteri, in quorum commodum hæc exemptio ordinatur. Certum etiam est, Regem non posse licite absque rationabili causa, & proportionata hanc exemptionem alicuius concedere. Quia hoc cederet in præiudicium aliorum, qui plus soluere cogentur. His præmissis, requiro, num Rex possit eiusmodi exemptionem, & nobilitatem non solum concedere ad remuneranda merita, sed etiam vendere.

119 *Non potest vendere exemptionem.*  
Minimè potest, nisi remittat de tributo debito partem illam, quam exempti debebant soluere. Quia alias reliqui plus soluere cogentur. Sic Sotus, Palacios, & alij apud Sanchez libro secundo consil. capit. 4. dub. 61. numerum hanc.

120 *Eam vendere potest.*  
Potest equidem. Quia negari non potest, quod queat esse causa iustificans talem venditionem, etiam si non remittatur pars illa de tributo reliquo, v. g. si Rex haberet iustam causam exigendi à subditis vltra consuetum tributum, cuius loco venderet exemptiones illas,

illas, vt pretio accepto populum ab illo alio onere noui tributi liberaret. Vel quando populi parati non sunt, vt contribuunt necessarium pro aliqua urgente necessitate, cui pretio illo Rex potest promittere. Ita Corduba, & alij, quos refert, ac sequitur Sanch, *vbi sup. num. 6. Mol. citatus.*

121 *Idem assero.* Idem assero, sed cum Molina admonuerim; quo ad fieri possit, hæc esse vitanda. Quia non sine periculo maiorum postea onerum imponendorum fiunt.

DVBIVM XXX.

*Quando is, cui Rex vendidit, vel locauit ius Tributi exigendi postea illud alteri vendidisset, vel locasset iste venditor vel locator debetne secundo emptori, vel conductori Tributum soluere, quod alioquin soluere debuisset, si ius ad Tributum id non accepisset à Rege?*

122 *Soluere non debet.* Non debet soluere. Quia ipse non vendidit, vel locauit nisi ius, quod habebat: non autem habebat ius exigendi à semetipso, cum nemo aduersus semetipsum ius non habeat. Sic Bart. Bald. Boëtii. apud Sanch. l. 2. *const. c. 4. dub. 19. n. 1.* Ipsæque probabile esse proficetur.

123 *Debet soluere.* Debet equidem soluere gabellam, nisi aliud in contractu venditionis, vel locationis explicet. Quia hic vendit, aut locat ius illud, quod Rex habebat, & quod Rex prius in eum transferat: Rex autem habebat ius accipiendi etiam ab ipso gabellam. Ergo id totum secundo emptori, vel locatori dat, nam licet hoc ius confusum fuit in primo, postea tamen potest separari, & reuiuiscere in secundo: Sicut etiam ille primus dat ius, quod ipse habebat, ad gabellam exigendam ab ipso secundo, licet hoc etiam ius in illo secundo emptore, vel conductore confundatur. Ita Parladorus, & Bertrachinus, quos refert, & sequitur Sanchez *vbi sup. n. 2.*

124 *Longè probabilior sententia hæc.* Longè probabiliorem hanc sententiam esse crediderim. Nam si conduxisti fructus & redditus alicuius ducis, vel Marchionis, cui tu etiam soluis annuum censum trium millium aureorum, & postea eiusdem Principis fructus, & redditus alteri iocemur: videtur dubium, quod in iis cocludatur annuus ille census, quem Principi illi soluis, & qui est bona pars illorum reddituum. Ratio est, quia tu censuris locare totum illud ius, quod Princeps habebat, in quo continebatur etiam ius ad censum à se soluendum. Similiter ergo in casu nostro transferre censuris totum ius ad gabellam à te soluendam. Vnde corrigit sententia contraria fundamentum. Abnegare enim, locari à te solum ius, quod tu habebas, sed locas totum ius, quod habebat Rex, & eodem modo, quo habebat.

DVBIVM XXXI.

*Exemptio à Tributo soluendo concessa à Rege alicui, seruandane est à successore, quando concessa est in perpetuum?*

125 *Seruanda est à successore.* Seruanda est equidem. Quia plerumque huiusmodi exemptio conteri aisolet in remunerationem, quæ plane concessio iam transit in pactum. Sic Lugo Card. *tom. 2. de iust. d. 36. n. 98.*

126 *Non est seruanda.* Non est seruanda. Quia Rex nequit in successoris præiudicium concedere regalia, & eius iura imminuere: quæ iam videntur esse tributa regi debita: Ita Bald. Greg. Lopez, quos affert, & sequitur Sanch. lib. 2. *Const. cap. 4. dub. 61.*

127 *Auctoritas sententia à sistingentia.* Ego autem ex Cardinalis Sapientissimi ei herens mente distinguo. Si concessa fuit mera voluntate, & sine causa sufficienti, reuocari à successore poterit, vel moderanda erit iuxta causæ meritum, ne eius iura (haud iniuste) laedantur. Si vero concessa fuit ex causa, quæ ob remunerationem, concessionem huiusmodi exigat, seruanda erit. Quia (vt Lugo ait) iam transit in pactum, & multo magis si ex contractu oneroso fuit concessa. Enim vero potissima radix exemptionis à gabellis pertinet ad personas Ecclesiasticas. De qua exemptione *Vol. 10. lib. 59. par. 2.* loquuntur, plura in præsentî *Cap. ult. ad iudicium.*

CAPVT XI.

*Circa res, vel contractus, ex quibus Gabella est soluenda.*

DVBIVM XXII.

*Debetur ne ex permutatione gabella quando quis debebat pecuniam tibi, & postea pro debito truitam (v. grat.) soluit?*

128 *Plura res.* X quibus contractibus vel rebus gabella debeat, hand potest regula generalis adici, cum res pen- deat ex variis legibus, quibus in singulis prouincijs hæ, vel illæ gabellæ possunt imponi. Postumus tamen doctrina generalis fieri tradendo regulas generales ad cognoscendam, quando, & quibus in casibus gabella debeat, tur.

ELSCOBAR  
Theol. Mor.  
Tom. VI. VII.  
E. IV.

tur, cum illa posita est vendentibus, vel ementibus. Et in primis, quia materia tributi odiosa est, debet emptio, & venditio strictè accipi cum aliis multis docet Sanchez libro secund. Consil. cap. quart. dub. 17. numero tertio. Unde nisi in lege tributi fiat permutationis mentio non debetur ex illa tributum, sed ex sola venditione, provt permutatione condistinguitur. Quando tamen gabella ex permutatione etiam, & ex venditione debetur, provt Alcala debetur in Hispania, quam solus venditor solvere tenetur, in permutatione tamen uterque permutans solvere debet, quia uterque se habet vt venditor. Si tamen aliter det libram, & pecuniam pro veste, debet solvere ex libro, quem permutat, non ex pecunia, quia illa non venditur, sed solum est pretium, ad emendam partialiter vestem, vt alios citans, annotat Turrian. hic. d. 4. §. dub. 8. numero tertio. & quinto. Si autem vna res, quæ permutatur, sit exempta à gabella, & alia pro qua permutatur, exempta non sit ille solus qui dat rem exemptam, debet gabellam venditori impostam, quia ille solus vendit rem exemptam. Idem Turrian. numer. 16. Quæritur itaque vtrum ex permutatione debeatur gabella, quando quis debebat aliquid tibi, & postea pro debito triticum soluit?

128  
Debetur gabella.

Debetur quidem. Quia si debebatur pecunia, illa solutio ex tritico iam est venditio tritici, ex qua gabella debetur. Sic nonnulli, quos refert Sanchez libro 2. consil. capite 4. dub. 25.

129  
Non debetur.

Non debetur. Quia triticum illud non venditur, sed traditur pro pecunia illa, quæ debebatur: ac penite se habet, ac si esset bos, vel vestis, quæ debebatur: unde non est venditio, sed mera debiti solutio. Ita alij ab ipso Sanctio citati, quos ipse sequitur.

130  
Cum aliis distinguo.

Alij vero aptius distinguunt. Si liberè, & sine necessitate fieri debet gabellam. Quia cum frumentum traditur pro pecunia debita, iam videtur esse venditio. Si verd id fit præter voluntatem ex necessitate, eo quod debitor non habebat aliud quo solueret, nisi triticum, gabella non debetur. Quia ex intentione solventis illa non est permutatio, nec venditio, sed mera debiti solutio, & res illa datur solum, quatenus æquivaleret pecunia debite. Mol. tom. 2. d. 366.

Idem affirmo probabilis. Quia in hac materia, vt Dub. 33. præmissi, venditio strictè accipienda. Hoc probabilis.

DVBIVM XXXIV.

Debetur ne gabella ex transactione, quæ fit ad litem terminandam?

Debetur profecto. Quia illa est venditio, sic aliqui Doctores citati à Sanctio l. 2. Consil. c. 4. dub. 21.

Non debetur. Quia licet transactio sit proprie contractus, non debetur ex ea gabella, quæ debet solui ex sola venditione, vel permutatione, quia est diuersus contractus. Ita cum Lafarte Molina tom. 2. d. 536. Padilla, & Parladorus, quos refert, ac sequitur Sanchez supra.

Scio, alios aliter respondere. Tiraq. enim de contr. gentilitio §. 1. gloss. 14. num. 6. distinguit dicens, deberi, quando fundus v. grat. litigiosus applicatur ei, qui eam non possidebat, dato aliquo pretio alteri in compensationem: secus vero quando remanet apud possessorem, dato aliquo pretio ei, qui non possidebat. Vasquez autem hic, §. secund. dub. septim. numero 33. & Turrian. d. 45. dub. 7. aliter distinguunt. Nam vel reside qua erat lis, diuiditur, & per translationem pars datur vni, & pars alteri, & tunc non debetur gabella, quia nihil venditur, sed quasi per sententiam prolatam à litigantibus communi consensu litigiosa res diuiditur iis, qui ius pretendebant. Vel res manet tota apud vnum, & alteri datur pecunia in compensationem, & tunc gabella debetur, quia est venditio in re, vel rei pro pecunia. Ego autem licet hæc sint satis probabilia, veriore puram esse Thomæ Sanctij sententiam, scilicet non deberi tunc gabellam, quæ ex venditione, vel permutatione debetur. Quia licet transactio in vtroque casu sit verus contractus: non tamen est proprie, & strictè venditio, aut permutatio, sed alius contractus innominatus, & ideo gabella, quæ ex sola venditione, aut permutatione stricta debet solui, ex illo non debetur.

DVBIVM XXXIII.

Debetur ne gabella ex emphyteusi, seu locatione ad longum tempus?

131  
Debetur quidem.

Debetur quidem. Quia ille contractus, æquualet venditioni, & hac prohibita, contractus ille prohibitus censetur. Sic aliqui Doctores citati à Sanctio l. 2. Consil. c. 4. dub. 19.

132  
Non debetur.

Non debetur. Quia licet contractus sit similis venditioni, non est tamen proprie, & strictè venditio. Ita Sanchez aliis citatis vbi supra.

DVBIVM XXXV.

Debetur ne gabellam, si donet omnia sua dona Antonio, eo pacto, vt obligetur ad eius debita solvenda, & eam alendum?

Debet profecto. Quia illa est vera venditio, & permutatio, ex qua gabella debet solui. Sic aliqui Doctores, quos refert Sanchez l. 2. Consil. capite 4. dub. 24.

Non debet gabellam. Quia non est vera venditio, Non debet.

venditio, aut permutatio, sed alius contractus innominatus, ex quo gabella non debetur. Ita ipse Sanchez *ubi sup.*

138  
Placitum  
Auctoris.

Profecto Thomae Sancier sententia difficultate non caret. Nam videtur vera esse venditio. Nisi dicat, reduci forte ad contractum iudi fornicum, quatenus contrahentes se exponunt fornicio periculo vitae breuioris, vel longioris ad alimenta, & grauiori, vel minori oneri debitorum solutorum. Quod si facultates, quae donantur, excedant notabiliter onus illud, magis erit donatio sub onere, quam emptio, aut venditio. Ex donatione autem sub modo gabella non debetur, vt docet Molina *romo secundo d. 397. §. Ex his contra-ctibus.*

## DVBIVM XXXVI.

Quando consanguineum retrahere potest ex Lege 70. Tauri rem aliquam alicui venditam eodem pretio: si tempore intermedio prior emptor alteri extraneo vendidit, & hic alteri, a quo postea consanguineum intra debitum tempus retrahit, debeturne gabella ex illis intermediis venditionibus?

139  
Nonnulla  
suppono.

Quando consanguineus retrahit rem aliquam venditam alicui eodem pretio, quo vendita fuit, prout conceditur iure Hispano *Lege 70. Tauri*. Si gabella solvenda sit a solo venditore, hanc debet solus ille, qui primo vendidit, & pro illa prima vice, non illum primum emptorem, quando postea dat rem emptam consanguineo. Quia illa secunda non est noua venditio diuersa a prima, sed subrogatur consanguineus loco primi emptoris vtens iure suo. Ad hoc autem requirunt, quod consanguineus intra tempus sibi concessum rem ad se retrahat, & vt eodem pretio, eisdem conditionibus, & necessitate retractus, volente consanguineo, vt iure suo, id fiat. Alioquin censetur noua venditio, & noua gabella debebitur. Anton. Gom. Matienzo, & alij, quos affert, & sequitur Sanchez *libro secundo consil. cap. 4. dub. 18. Valq. §. 3. dub. 3. mon. 8. §. 9. Turrian. hic d. 4. 5. dub. 3. Molina romo secundo d. 371. Quae fieri verum, an gabella debeatur, si tempore intermedio prior emptor alteri extraneo vendidit, & hic alteri, a quo postea consanguineus intra debitum tempus rem retrahit.*

140  
Gabella de-  
betur.

Debetur equidem. Quia omnes illae venditiones intermediae fuerunt liberae, & non iure contractus. Sic Lazarte, quem sequitur Turrian. *ubi sup. n. 16.*

141  
Non debe-  
tur gabella.

Non debetur. Quia omnes illae fuerunt venditiones sub conditione, si consanguineus non retraheret intra debitum tempus, & adueniente retractu omnes annullantur, perinde ac si non praecessissent. Ita Molina *ci- tatur.*

142

Hoc verius esse existimo adiciens, quando

gabellae debetur ab emptore, vel etiam si a solo venditore deberetur, emptor tamen aliquis sibi onus solvendi gabellam pro venditore, consanguineum retrahentem non debere nouam gabellam propter rationem traditam, debere tamen reddere primo emptori gabellam, quam soluerat, sicut debet ei soluere omnes expensas in emptione factas, vt eum indemnem seruet, quomodo modum praefati doctores affirmant.

Verum hoc  
nihil.

## DVBIVM XXXVII.

Quando res dotales dantur marito aestimatae, ex eis debeturne gabella?

Certum est non deberi, si fundus verbigrat. non aestimatum detur in dotem. Quia ibi nulla venditio inest. Requiro autem, num debeatur, quando res dotales aestimatae marito traduntur?

Debetur gabella. Quia aestimatio illa emptorem efficere videtur. Sic nonnulli doctores.

Non debetur, siue ab initio conueniam sit de aestimandis rebus, siue non conueniam. Quia lex generaliter concedit ex rebus dotalibus gabellam non solui. Ita Sanchez *lib. 2. consil. 4. dub. 33.*

Verum Petr. Sanchez de iure Hispano loquitur. Seclauso tamen illo privilegio, &posito quod ex venditione qualibet gabella debeatur potest adhuc dubitari. Et quidem si non sit promissa dos prius in pecunia, sed detur fundus in dote, & aestimetur, crediderim, gabellam non deberi. Quia ibi nulla interuenit venditio, cum non detur fundus pro aliqua pecunia, vel pro alia re promissa, aut debita. Quando vero dos promissa fuit ex pecunia, & postea dantur alia bona aestimata loco illius pecuniae, seclauso alio periculo: assero gabellam deberi. Quia illa videtur esse venditio, qua marito, pro pecunia dotali debita, bona illa venundantur. Quod intelligo, quando aestimatio ad hoc fit, vt maritus acquirat dominium plenum illorum bonorum, & solum debeat, dissoluto matrimonio, valorem reddere: secus autem, quando aestimatio solum fit, vt constet, dotem solutam marito esse eius valoris, cuius promissa fuerat. Quam aestimationis diuersitatem explicat Molina *romo secundo d. 426.*

## DVBIVM

DVBIVM XXXVIII.

Quando cohæredes dividunt inter se hereditatem, & quia fundus indivisibilis est, alter alteri dat pecuniam, debetur ne gabella?

147  
Non debetur

Non debetur, quia l. 3. §. 1. 18. l. 9. non recipitur, gabellam solvendam non esse ex bonis defuncti, que dividuntur inter hæredes, etiam si pecunia, vel aliud inter personas illas intercedat, ut fiant æquales. Sic Sanch. l. 2. conf. 6. 4. dub. 34. & alij.

148  
Debetur planè.

Debetur quidem. Quia attentio iure communi, si gabella ex omni conditione debetur, & illa non accipitur, gabella solvenda est, & à fortiori quando fundus extraneo venderetur, ut pretium divideretur inter hæredes. Quo casu etiam stante illa lege Hispana, qua nititur. P. Sanch. credo deberi. Nam illa solum dicit, ne solvatur gabella ex bonis defuncti, que dividuntur inter hæredes, ut æquales redantur: in hoc autem casu pecunia non interuenit solum inter ipsos hæredes, sed inter emptorem extraneum, & hæredes, qui fundum ei vendunt. Ita Card. Lugo. 10. 2. de iust. d. 36. n. 159.

149  
Es heredes, nonnihil adiciens.

Et hæreo adiciens, multò magis gabellam solvendam esse, si diuisione iam facta, & perfecta, alter alteri cohæredi portionem suam vendat, vel permittat cù portione illius, quando ex permutacione etiam gabella soluitur. debetur etiam, quando vnus ex hæredibus ante diuisionem factam, suam portionem alteri extraneo venderet. Si vero hic emptor postea in diuisione pecuniam det aliis cohæredibus ad faciendam diuisionem æqualem, gabellam de iure Hispano non debetur. Quia emptor ille loco hæredis succedit, qui ex diuisione illa gabellam soluere non debebat. Quia est hæres vt his, vt cum Parladoro annotat Sanch. dub. 35.

DVBIVM XXXIX.

An in permutacione ex iure Hispano saltem debeatur gabella ante traditionem, quando ex permutacione debetur?

150  
Debetur quidem.

Debetur quidem. Quia ex iure Hispano ex pacto non locatur obligatio ciuili, & datur actio ante traditionem. Sic Lazarte apud Molino. 2. d. 337. col. 1.

151  
Non debetur.

Non debetur. Quia licet illud pactum obligationem inducat, tamen nondum est permutacio, que sola traditione perficitur. Ita Molino. l. 2. Turrian. hic. d. 45. dub. 6. n. 21.

152  
Hoc verius.

Hoc verius esse iudico. Nam cum gabella non debetur ex omni contractu obligante, sed ex vendicione, vel permutacione, non debetur ex illo solo pacto, ante traditionem. Escob. & N. Theol. Mor. Tom. VII.

DVBIVM XL.

Venditio inducitne obligationem soluendi gabellam ante traditionem?

Inducit profecto. Quia venditio perficitur ante traditionem: Ergò ante traditionem rei venditæ obligationem soluendi gabellam inducit. Sic Mol. tom. 2. d. 337. col. 1.

153  
Obligatio- nem inducit.

Non inducit. Quia venditio non perficitur essentialiter, ante traditionem rei venditæ. Ita Valq. hic. §. 2. dub. 6. n. 27.

154  
Non inducit.

Ego autem cum Turriano in presenti, d. 45. dub. 5. n. 3. venditionem assero perfici ante venditæ traditionem. Vnde si gabella præcise venditioni imponatur, debetur, etiam si postmodum res non tradatur, & conseqüenter cum P. Mol. concedo, posse gabellarium illam exigere, licet contrahentes postea à contractu recederent, & pertinere ad illum, ad quem loco, ac tempore contractus spectabat, non ad eum, ad quem spectabat in loco, vel tempore traditionis, denique si tempore contractus erat immunitas, non debebitur, licet tempore traditionis, cessasset, & è contra. Ad do tamen, de facto non deberi in Hispania ex sola venditione ante rei traditionem venditæ, repugnante praxi, quia nunquam exigitur gabella ante traditionem: alioquin si venditor rem nondum traditam venderet secundo emptori, deberet duplicem gabellam soluere: quod credibile non est. Porò cum hæc pendeant ex vtu interpretante gabellæ legem, consulenda est consuetudo. An vero debeatur solum gabella solum in loco, vbi sit contractus, vel vbi res traditur, consulenda sunt peculiares Regni illius leges, quas recitat P. Mol. d. 679.

155  
Auctoritas sententia.

DVBIVM XLI.

Debetur ne gabella ex venditione, anse quam pretium sit solutum, si res tradita sit?

Debetur quidem. Quia sufficit alterutrum ad debendum gabellæ, quod vel res, vel pretium traditum sit, nam eo ipso quod pretium venditor accipit, vel rem suam tradit emptori, sufficienter disposuisse videtur de re sua vt ratione illius gabellam debeat soluere. Sic Turrian. hic. d. 45. dub. 5. n. 19.

156  
Debetur quidem.

Non debetur, donec pretium accipiat. Quia gabella exigitur ex lucro venditionis: ergo antequam lucrum illud sit, non debet cogi, ad pensionem ex illo soluendam. Ita Lugo d. 36. n. 163.

157  
Non debetur.

Profecto si æquitas consulenda sit, verius dixerim, venditorem non debere gabellam soluere, donec pretium accipiat. Vnde à fortiori si neque habet spem illud recipiend.

158  
Quid dicendum expone.

Id quia

quia emptor effugit, non debet gabellam solvere, uti Sanch. aduertit l. 2. conf. c. 4. dub. 38. Qui hoc etiam concedit, quando emptor pretio rem vera soluit, proccupator, vel proxeneta, cui res vendenda tradita fuerat, & hic, pretio recepto aufugit, quia non videtur æquum afflictio addere afflictionem, & exigere ab eo partem pretij, quod abique sua culpa non accepit. Vnde etiam infert Dub. 37. nu. 9. cum alijs, quos citat, quando aliquid pecunia credita venditur, gabellam non deberi, donec pretium soluantur. Assentior omnino.

quiro, num postea nona gabella debeat in redemptione, quando venditor dato pretio, repetit rem suam:

Non debetur. Quia illa non est noua venditio, sed prioris dissolutio ex pacto in ea incluso. Sic Mol. & Sanch. ubi sup. Valq. hic. d. 10. 358. dub. 2. n. 5. 160  
Non debet.

Debetur quidem. Quia sicut prima venditio vere venditio fuit, eo quod pretium traditum est, & res accepta: sic redemptio illa est noua venditio, eo quod pretium pro merce redimenda de nouo tradatur. Ita nonnulli doctores. 161  
Debetur quidem.

Primam sententiam longè vietiorem defendo, repens utique non esse illam nouam venditionem, sed dissolutionem prioris. Si tamen pactum illud de retrouendendo, non fuisset appositum in prima venditione, sed postea ex interuallo apponeretur, iam illa redemptio esset noua venditio, & non sequela prioris, atque ideo ex ea nona gabella deberetur. Vnde si venditio fiat cum pacto de retrouendendo vique ad sex annos, & postea, nondum sex annis elapsis, ad alios sex terminus prorogetur, & anno octauo (v. g.) redimatur: debetur noua gabella. Quia non resoluitur contractus ex vi prioris conditionis, sed est noua venditio omnino distincta. Idem assero, si pactum non fuisset de retrouendendo simpliciter, sed de iure prelationis, & quando emptor rem illam venderet, deberet primus venditor præferri eodem pretio præ omnibus alijs, quia illa non esset propriè resolutio prioris contractus, sed noua venditio distincta. 162  
Primam sententiam eligo longè vietiorem.

## DVBIVM XLII.

*Fit venditio cum pacto de retrouendendo, seu de redimenda re, reddito pretio intra certum tempus ad arbitrium venditoris, & tunc gabella soluitur: Porro debeturne noua gabella, quando venditor reddito pretio rem suam redimit?*

<sup>159</sup> **R**ecolo plures modos, quibus contractus dissolui potest. Primo, si solui poterit ex consensu contrahentium, qui si incontinenti, & sine interuallo, antequam ad alia digrediantur, contractum dissoluant, gabella non debetur neque ex resolutione, neque ex ipso contractu. Quia perinde reputatur, ac si contractus factus non fuisset. Sanch. alijs citatis l. 2. conf. c. 4. dub. 39. n. 7. Secundo ex pacto contrahentium, qui in ipso contractu, vel in continenti verbis directis conuenerunt, ut si pretium intra tot dies non soluantur, res putetur non vendita, quod appellatur *pactum legis commissoriae*. Vel ita ut si intra talem terminum alius emptor cum maiori pretio inueniatur, res non sit vendita, quod appellatur *in diem adiectio*. Certè in his casibus gabella non debetur neque in contractu, nec in eius dissolutione, si pactum in venditione, vel in continenti verbis directis appositum fuit. Quia impleta conditione celeriter non facta antea venditio. Sanch. dub. 39. n. 9. plures afferens. Tertio potest dissolui ex eisdem duobus pactis non directè, sed verbis obliquis impositis in contractu, ut si dicatur, si non solueris, vel si alius emptor occurrat, res renertatur, redeat, pertineat ad me, &c. Quo casu gabella debetur ex venditione. Quia fuit vera venditio. Non tamen ex dissolutione. Quia non est venditio, sed rescissio prioris venditionis ex pacto in ea appposito. Sanch. *ibid.* n. 10. Molina d. 679. §. *Dubium est*. Quarto denique potest dissolui ex pacto in ipsa venditione, vel in continenti appposito de retrouendendo, seu de redimenda re, reddito pretio intra certum tempus ad arbitrium venditoris. Tunc quidem venditione prima debetur gabella ex communi sententia Doctorum, quos asserit, ac sequitur Molina d. 374. §. *Dubium est*. Sanch. dub. 39. numero 11. Quia illa prior fuit vera venditio, & transfuit absolute dominium in emptorem, & ita de facto soluitur gabella, quando census redimibilis venditur. Iam

## DVBIVM XLIII.

*Cum rescinditur contractus à minori factus, gabellarum debeturne restituere ei gabellam, quam ex venditione soluerat?*

**P**otest rescindi contractus venditionis ex aedilicio edicto ob vitium rei venditæ à Rescindit venditore occultatum. Quo casu gabella potest con- soluta non esse à gabellarum restituendâ docet Sanch. l. 2. conf. c. 4. dub. 40. n. 1. & Mol. d. 353. pluribus edicto. Quia venditio illa valida fuit, licet petente emptore rescindi valeat: Ergo gabellarum acquisiuit ius ad suam gabellam absolutam. Potest etiam rescindi venditio ex remedio l. 2. C. de rescind. vend. propter lesionem ultra dimidium iusti pretij, quo casu gabellarum non debet gabellam prius acceptam reddere. Quia etiam tunc venditio fuit valida. debet autem damnum gabellæ sustinere, qui iniuste læsit: ita ut si venditor emptorem decepit, debeat illum indemnem seruare: si forte gabellam soluerit, & è contra emptor venditorem, si illum decepit. Molina d. 349. Turrian. hic. d. 45. dub. 8. n. 18. Sanch. alios referens ubi supra. n. 2. Potest etiam rescindi, eo quod metu vel dolo venditoris vel emptoris facta venditio fuerit, & tunc gabellam solutam restituere debet, qui solum, vel metum iniustum 163  
Rescindit  
potest con-  
soluatur  
docet  
Sanch. l. 2. conf. c. 4. dub. 40. n. 1. & Mol. d. 353. pluribus  
edicto.  
Quia venditio illa valida fuit, licet  
petente emptore rescindi valeat: Ergo gabellarum  
acquisiuit ius ad suam gabellam absolutam.  
Potest etiam rescindi venditio ex remedio l. 2. C. de rescind. vend. propter lesionem  
ultra dimidium iusti pretij, quo casu gabellarum  
non debet gabellam prius acceptam reddere.  
Quia etiam tunc venditio fuit valida. debet autem  
damnum gabellæ sustinere, qui iniuste læsit: ita  
ut si venditor emptorem decepit, debeat illum  
indemnem seruare: si forte gabellam soluerit, & è  
contra emptor venditorem, si illum decepit.  
Molina d. 349. Turrian. hic. d. 45. dub. 8. n. 18. Sanch. alios  
referens ubi supra. n. 2. Potest etiam rescindi, eo  
quod metu vel dolo venditoris vel emptoris  
facta venditio fuerit, & tunc gabellam solutam  
restituere debet, qui solum, vel metum  
iniustum

ESCORBAR  
Theol. Mor.  
Tom. VI. VII.  
E. IV  
O

iniustum apposuit. Quia qui iniustitiam commisit tenetur alterum indemnem restituere, & integrum damnum restituere. Sanchez. n. 4. Mol. d. 352. concl. 3. & 4. Denique (vt ad questionem accedimus) potest rescindi contractus à minori factus, eo quod in eo se laesum prætendat. Dubium itaque est, an tunc gabellarius debeat minori restituere gabellam, quam ab eo ex venditione accepit.

164  
Non debet gabellarius restituere.

Non debet restituere, sed licite eam retinere potest. Quia prior venditio valida fuit, licet postea rescindi posset. Quare si minor soluerat totam gabellam, ipse solus eam perderet, si alius contrahens partem, vel totam solverat, singuli perderent id quod traderant. Hoc enim periculo se exposuit, qui cum minore contraxit. Sic Mol. to. 2. d. 573. §. illud est observandum, alios citans.

165  
Restituere debet.

debet restituere minori gabellarius gabellam, quam ab illo ex contractu venditionis accepit. Quia rescissio illa contractus omnia in pristinum statum restituit. Leg. Quod si minor, §. restitutio, ff. de minorib. Ita Sanchez. d. 40. sine.

166  
Primum sententiam defendo.

Primum sententiam teneo. Nam *Leg. Quod si minor*, qua p. r. hom. Sanchez nititur, solum est sermo de restitutione in ordine ad contrahentem cum minore, à quo debet minor restituere quoad omnia pristinum in statum. Quæ ratio non videtur procedere contra fiscum, cui gabellam soluit verè debitam. Nulla enim læsio præcandi potest ex eo, quod vnus debitum soluit: sicut si baiulo pretium soluit, vt rem venditam dominum ferret, non potest postea restitutione obtrata, & venditionis rescissione, petere à baiulo pretium illi solutum: sicut neque à Notario pretium ei solutum ob venditionis instrumentum. Quia hæc omnia erant vera debita solvenda. Idem ergo dici debet de gabella soluta ex venditione, quæ non minus debita erat fisco, quam pretium instrumenti, Notario, vel Iudici, qui autoritatem præbuit.

DVBIVM XLIV.

Debeturne gabella ex censu vitalitio, quando imponitur, vel si alius possessor alteri vendat?

167.  
Varie hic quaestiones excitantur. An debeat gabella ex censu redemptionis?

Varie quaestiones in præsentibus Doctores excitant, lubeat præmittere in vberiore rei intelligentiam, duas. Primum est, an ex censu redemptionis gabella debeat: Suppono, quando instituitur census sine redimibilis, sine irredimibilis, gabellam deberi, quia est propria venditio. Vnde si is, qui censum possidet, illum alteri vendat, debet etiam gabellam. Quod tamen in Hispania non servatur in censibus, quos Rex soluit, quos vulgo *luros* vocitant. Ex his enim non solum quando primò emantur à Rege gabella non soluitur, sed neque etiam quando possessor illos alteri vendit. Molina cum aliis to. 2. d. 384. Quod quidem in honorem, & gratiam Regij census facti introductum. At de censibus redimibilibus respondeo quaestioni, si cum eo par. Esob. & Mand. Theol. Mon. To. VII.

Et venditi sunt, vt ex vi illius postea redimantur, non deberi nonam gabellam in redemptione. Quia ille non est bonus contractus, sed prioris resolutio ex pacto in eo apposito. Sed verò tale pactum appositum à principio non fuisset, sed postea ex conventionione partium redimatur eodem pretio, nonam gabellam deberi. Quia illa non est contractus prioris executio, sed bonus contractus. Ex Molina citato. Secundo, an ex censu reservatione debeat gabella (census reservatio est, quando Petrus dat Antonio prædium quoad vtile, & directum dominium pro censu annuo duodecim aureorum v. gr.) respondeo gabellam non deberi. Quia illa non est propria venditio, imò nec permutatio, sed est reservatio illius iuris, quæ Petrus transferens suum prædium in Antonium, reservat sibi ius accipiendi de fructibus illius duodecim aureos annuos, quod ius Antonius non dat Petro, sed ipse Petrus dans prædium quoad reliqua, reservat sibi illud ius. Aliud esset, si pecunia aliqua admitteretur, quam Antonius daret de præsentibus pro prædium simul cum annua pensionis reservatione. Tunc enim ex pecunia illa gabella deberetur. Quia esset pretium prædij pro ea vendita. Ex Mol. to. 2. d. 382. Item ad nostram dubiam accedo quaestionem, requiritur, num ex censu vitalitio gabella debeat, quando imponitur, vel si illius possessor alteri vendat?

168  
An ex censu reservationis gabella debeat? Et quis eius reservatio?

Non debetur. Quia illa non est propria venditio, sed contractus quidam aleatorius, vt al. securacionis, vel sortium. Sic Sarmiento l. 7. tit. 7. gabel. la. select. interpret. c. 1. n. 40.

169  
Non debetur gabella.

Debetur plane. Quia emitur ius super prædia hypothecata, ad percipiendam partem ex fructibus per totam vitam, sicut si emeris usufructum in vitam. Ita Mol. d. 384. §. An verò, cum aliis communiter.

170  
Debetur quidem.

Veriorem hanc sententiam esse crediderim. Nec enim est necessarium ad venditionem, quod res, quæ venditur sit perpetua, potest namque vendi creditum: quod habes aduersus Petrum, & ius ad vnicam solutionem: Ergo à fortiori vendi poterit ius ad plures solutiones per singulos vitæ emptoris annos.

171  
Verior hæc sententia mihi.

DVBIVM XLVI.

Qui solum debet soluere gabellam ex negotiatione, qualis est Clericus, debetne illam quando aliquid emit ad suum usum, & postea, mutato consilio, illud maiori pretio vendit?

Debet gabellam. Quia *Leg. Hispana* §. 172. d. 7. par. 5. dicitur portantem aliquid ad suum usum non debere gabellam, nisi postea illud vendiderit. Ergo Clericus ille vendens postea, quod ad proprium usum emerat gabellam soluere tenebitur. Sic nonnulli doctores.

172  
Gabellam debet.

173  
Non debet  
gabellam.

Gabellam non debet. Quia illa non fuit vera negotiatio, quae tunc solum datur, quando aliquis emit ad vendendum, & lucrandum. hic autem licet postea vendiderit cum lucro, non tamen ad illam finem emit. Ita Sanch. l. 2. consil. c. 4. dub. 46.

174  
Hoc teneo,  
& confir-  
mo.

Hoc teneo, & confirmo ex iis quae Doctor ipse loco citato tradit, nempe gabellam debitam ab iis, qui portant aliquid ad vendendum, non deberi ab eo, qui emit, vel portauit ad proprium vium, licet postea, mutato consilio, id vendiderit. Probatur ex Leg. vii. C. de imponenda lucriana descripta. l. 10. vbi gabella imposita rebus ad portaus titulo lucriano, non debetur, quando contractus in suo exordio non fuit lucriatus, licet postea res lucri titulo in dominium alicuius incidat. Quia origo, & primordium est attendendum. Nec obstat lex Hispana illa, qua prima sententia protegitur. Id enim intelligitur, quando statim ille vendidit. Quia praesumitur ad vendendam rem illam deponasse. Debetur autem gabellam ex venditione sequenti, quando ea debetur ex omni venditione, & ille non est aliunde à tali gabella solvenda immunis, vt de Clerico innimus.



## CAPVT XII.

Circa locum soluendi Tri-  
buti.

## DVBIUM XLVI.

Si res, circa quam fit contractus, & quae tradenda est, sit in Hispania, & contractus fiat in Gallia: an Tributum soluendum sit in Hispania?

175  
Plura praemittit  
circa  
locum vbi  
tributum  
est soluendum.

**C**irca locum, vbi gabella soluenda sit, multa ex legibus municipalibus dependet, plures ex iis, quae ad Hispaniam attinent affert Mol. ro. 3. d. 676. Loquendo autem in genere, certum est gabellas, quae ad vectigalia, & portoria pertinent, deberi ibi, vbi merces adportantur, vel introducuntur. Tota itaque difficultas est de gabellis, quae ex contractibus debentur, an soluendae sint in illo loco, vbi contractus executioni mandatur. Et quidem leges ad fraudes vitandas, & dubia tollenda, assolent explicare, vbi, & quibus soluenda sit gabella ex contractu debita, & quae leges continentia, & obseruanda erunt. Ad nos solum attinet dicere, seclusis his legibus, quid sequeretur praecise ex gabellae impositione. Regula itaque generalis est, quod attendantur verba legis, quibus gabella imponitur. Aliquando enim imponitur soli contractui: aliquando traditioni, aliquando vero ipsis bonis, de quibus contrahitur. Quando lex imponit tributum soli contractui ibi debetur, vbi

contractus perficitur, in ratione talis contractus, licet bona ibi non essent, sed alibi. Ita dicendum esse de iure communi docent Bald. & Panorm. quorum sententiam commendat Sanch. l. 2. consil. c. 4. dub. 4. 2. n. 3. Cardinalis autem Ioan. de Lugo ro. 2. de iust. d. 36. n. 174. aptè adnotat id etiam ex iure communi habere exceptionem. Nam ex eo iure statuitur, contractum ibi censeri factum, vbi contrahens se ad soluendum obligauit: quare si Romæ te obligas ad soluendum matris, poteris Matris conueniri. L. Contraxisse. ff. de actionib. & leg. Quero. ff. de solut. Quare cum res immobiles, & toto affixae, non possint solui, nisi vbi sunt, earum locus videtur attendendus ad gabellae solutionem, loquendo de iure communi. Iam igitur quaesierim, an si res, circa quam fit contractus, & quae tradenda est, sit in Hispania, & contractus fiat in Gallia, tributum sit in Gallia, an in Hispania soluendum?

Soluendum est in Gallia, non in Hispania. Quia gabella non potest exigi nisi à subdito: sed Gallus existens in Gallia, non est Hispaniæ subditus: Ergo quando in Gallia vendit alteri bona, quae habet in Hispania, non potest esse Hispaniæ ex eo gabella peti. Sic Lazarte apud Mol. ro. 3. d. 676.

Soluendum est in Hispania, non in Gallia. Quia vbi res, seu bona de quibus fit contractus tradenda est, ibi tributum soluendum esse est in Hispania. Ita Mol. vbi sup. prima non Bald. ad Leg. Multi interst. ff. si quis alteri, vel in Gallia, sibi, & alij multi, quos refert Bertrachinus, de gabellis p. 6. n. 3.

Probabilior haec mihi sententia. Nam si bona quae ille vendidit sunt praedia, vel domus, quas in Hispania habet, vel etiam si sint bona mobilia, obligauit se per contractum ad ea tradenda in Hispania: conueniri potest super eo contractum in Hispania, atque adeo quoad illam contractum sit subditus, & capax obligationis gabellam soluendi.

## DVBIUM XLVII.

Quando contractus fit per procuratorem, debeturne Tributum, vbi procurator contrahit?

**D**ebetur quidem vbi procurator nomine alterius contrahit, non vbi ille cuius nomine contrahit adest. Quia ex facultate vbi procurator illius agit personam. Sic ratur en-Lazarte cum Baldo, quos refert, ac sequitur Mol. d. 676. n. 4.

Non debetur vbi procurator contrahit, sed vbi adest ille, cuius ex nomine fit contractus. Quia gabella non soluitur à procuratore, cum ipse ipse verè non contraxerit, sed Gallus, v. grat. ubi eius medio ipso. Gallus autem in Gallia degens, dominus noster est subditus Regis Hispaniae. Ita nonnulli adest. Doctores.

Primam sententiam longè veriore eligendam duxi. Nam quando Gallus in Hispania contrahit per procuratorem, debet ibi gabellam, quia in eo.

ELSCOBAR  
Theol. Mor.  
Tom. V. VI. VII.  
F. IV.

quia iam censetur ibi praesens in illa adesse, & sicut ratione illius contractus potest inibi contineri, poterit etiam ad soluendam gabellam debitam ex illo contractu obligari. Alioquin nec deberent solvere vectigal famuli, vel miliones, qui in Hispania merces Galli manentis in Gallia deportant. Quia ipsi non portant merces suo nomine, nec solvunt vere gabellam, sed dominus mercium, qui non est subditus. Cateram quoad illum actum est subditus, quia qui per alium mittit merces, subditus se legibus loci, ad quem eas mittit.

DVBIVM XLVIII.

*Quando contractus fit per litteras hinc inde datas, debetur gabella in loco, ubi secundus contrahens, acceptis litteris alterius, consentit?*

183  
Debetur  
ibi.

**D**ebetur ubi secundus contrahens, acceptis litteris alterius, consentit. Quia inibi contractus perficitur, ob quem gabella debetur. Sic Lazarte apud Mol. to. 3. d. 676. numero 4.

184  
Non debet  
ur ibi.

Non debetur ibi, sed ubi primus litteras ad illum immisit. Quia non perficitur venditio, donec consensus secundi, & eius acceptatio ad notitiam primi deveniat. Ita Mol. ubi sup.

185  
Auctoris  
resolutio.

Perfecto hoc pendet ex cognitione quando, & quomodo requiratur notitia illius acceptationis, ut contractus sit perfectus, & neuter contrahentium recedere valeat, de quo sapientissime de more Card. Lug. to. 2. de inst. d. 22. de Contract. sect. 3. Juxta cuius doctrinam dixerim ibi gabellam deberi, ubi vicinid perficitur contractus, qui antea nondum erat perfectus, & irrevocabilis.

DVBIVM XLIX.

*Contrahentes possuntne ante contractum conventiones facere cum gabellario ut partem gabella debite remittat, ut inibi contractum efficiant?*

186  
Nonnulla  
premitto.

**E**xistimo posse contrahentes (si non sit lex aliqua municipalis contraria) ad vitandam solutionem gabellae a sepositis contractis, transferre se ad alium locum ab ea gabella immunem, ibique contractum celebrare, quando bona non remanent necessario tradenda in loco, ubi gabella exigitur. Bertachin. in dictionar. v. Gabella, & alij, quos sequitur Sanch. lib. 2. consil. caput. 4. dub. 42. numer. 3. Quasi enim autem, an contrahentes possint conventionem facere cum gabellario, antequam contrahant, ut partem gabellae debite remittant, ut ibi contrahant, & non aliam excedant ad locum?

187  
Non possunt.

Minime possunt. Quia contrahentes debent ex lege solvere tantum pro gabella quare nequeunt de illo detrachere. Sic nonnulli doctores.

Esob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

Possunt omnino cum gabellario pacisci, ut partem remittat. Quia licitum eis est, ad alium pergere locum, & illud lucrum alterius loci gabellario dare. Ita Valq. §. 2. dub. 9. Turrian. hic, d. 45. dub. 8. n. 14.

188  
Possunt  
quidem.

Existimo, id neque esse iniustum, vel illicitum. Cui resolutioni non obstat, quod contrahentes debeant ex lege solvere tantum pro gabella. Fateor enim debere ex lege solvere summam illam lege praescriptam, nisi Rex, vel qui eius habet auctoritatem, in totum, vel in partem remittat.

189  
Hanc sententiam  
defendo.

Gabellarius ergo, cuius interest, & qui potestatem habet, remittit partem, & hoc propter suum lucrum, quam remissionem licite acceptare, & procurare potest contrahens, quia ipse ante factum contractum nulli debet gabellam. Quod quidem minimè admitterem in decimis Ecclesiae debitis, si verb. grat. aliquis pacisceretur cum Parocho, ut si ad eius Parochiam veniret, partes decimarum remitteret, & Parochus consentiret, ne illud lucrum perderet. Quia decimae non ex Parochia, sed ex Ecclesiae praepo debentur integre danda alicui Ecclesiae ministro, cui praepo ille non satisfaceret, dando vnam partem ex conventionem cum Parocho facta, Valq. de benef. c. 1. §. 1. dub. 3.

190



CAPVT XIII.

*Circa alias res, ex quibus Tributum debeat solui.*

DVBIVM I.

*Cum res aliqua centum aureis verb. gr. venditur, sed pro venditione facienda venditor decem aureos insumpsit, ut proxeneta, praconi, & alij solueret: Gabella debetne ex centum aureis integrè solui?*



**S**i in superioribus, an ex rebus necessariis, vel ex iis, quae ad pro- priam usum emuntur, aut de- feruntur gabella debeatur? Nunc aditio ex quibus rebus alius soluenda sit, quod quidem pendet ex legibus municipalibus circa singulas gabellas, quibus solent varia privilegia concedi variis mercibus, g. libris, armis, agriculturae, & aliis, ut à gabellae solutione eximantur, quae leges erunt consulendae; plures quoad aliquas gabellas Hispanas recole apud Mol. to. 3. d. 664.

191  
Nonnulla  
suppono.

Nunc in genere disputo de qua quantitate soluenda sit gabella quando verb. grat. decima, vel vigesima pars pretij pro gabella soluenda sit à venditore, & res aliqua venditur centum aureis, sed pro

192

D d 3 venditione

venditione gerenda venditor decem infump-  
ptis, vt folueret proxeneta, praconi, Notario,  
& aliis, quaeritur, an gabella folui debeat ex  
contem, an ex folis nonaginta, quae remanent  
venditori?

193  
Ex folis  
nonaginta  
foluenda  
est.

Ex folis nonaginta qui remanent vendi-  
tori foluenda est, non ex decem aureis illis, qui  
infumpti fuere, vt proxeneta, praconi &c. fie-  
ret fati. Quia infumptio illa necessaria fuit  
ad venditionem, quae aliter non fieret: Ergo  
pretium contractus illius erunt folummmodo  
nonaginta aurei, ex quibus folum gabella  
debeatur. Sic nonnulli, quos affert Lazarte  
apud Molinam *to. 3. d. 679.*

194  
N. est  
soluenda ex  
folis nona-  
ginta.

Non folum ex nonaginta aureis, qui ven-  
ditori remanent foluenda est gabella, fed ex  
toto pretio, nempe ex centum aureis non de-  
ductis oneribus, nisi lex aliud explicet. Quia  
illud totum est rei pretium. Ita cum Lazarte  
Molina *ibid.* & alij, quos affert Sanch. *l. 2. con-  
fil. c. 4. dub. 41.*

195  
Hoc proba-  
bilis esse,  
imo ex pra-  
xi certum  
iudico.

Sed, Bertachinum, & Tiraquellum citatos  
à P. Vasquez *hic, §. 2. dub. 9. num. 15.* afferuisse,  
bilis esse, si lex dicat, quod foluatur decima pars verb.  
grat. ex pretio à venditore recepto, foluendam  
esse gabellam deductis aliis oneribus, ex eo,  
quod remanet. Si vero dicat, vt foluatur ex  
pretio, quo res vendita fuit, foluendam esse  
ex pretio, non deductis oneribus.

196

Probabiliorem autem iudico secundam  
esse sententiam, si lex aliud non exponit. Nam  
praxis ita habet, & alioquin deducendae  
etiam essent expensae factae in adportandis  
mercibus, imo & in acquirendis, vel facien-  
dis eis, quod esset absurdum. Nec in decimis  
Ecclesiae solvendis huiusmodi expensarum  
ratio habetur, sed iis non deductis, ex totis  
fructibus integra decima foluitur.

## D. V B I V M L I.

Si gabella tota à venditore soluenda sit,  
& emptor assumat in se onus illam  
soluendi: tunc ad gabellae solutionem  
solumne computandum est, quod  
datur venditori, sed etiam ipsa  
gabellae?

197  
Status qua-  
estioni.

Italiam Dubij explico. Venditori dantur  
pro merce mille librae, & gabella est dec-  
cima pars; quaeritur, an sufficiat foluere  
centum, vel an rursus ex his centum debeat  
folui pars decima?

198  
Debet sol-  
ui.

debet quidem folui. Quia gabella ipsa tota  
fuit pars pretij, quo res empta est ab emptore,  
qui in partem pretij promisit etiam ga-  
bellae solutionem. Si ergo ex toto pretio debet  
folui decima, non sufficit foluere ex 1000.  
datis venditori, sed debet folui ex 1100.  
libris, quae sunt illius mercis pretium. Sic  
Molina *tom. 3. d. 678. numero 7.* Vasquez  
*hic, secund. dub. 9. numero 15.* Turcian. *d. 45.  
dub. 8. numero 9.* & alij, quos refert, ac te-  
quirit Sanchez *libro secund. consil. c. 4. dub. 41.  
numero 5.*

199

Solui minimè debet. Quia daretur processus

in infinitum. Nam si pro illis centum gabel-  
lario datis deberet ea decima folui: Ergo pro  
hac decima deberet folui alia, & pro hac alia  
Semper enim eadem ratio procedit, quod  
totum id est pars pretij, & ex toto pretio de-  
cima debetur. Ita alij doctores, consequen-  
ter equidem. Vnde cum Lazarte apud Molinam  
negarit, post soluta decem pro illis cen-  
tum, debere folui aliud pro illis cen-  
tum, debere folui aliud pro illis decem, ip-  
se Molina inconsequenter hoc à Lazarte dici  
probat.

Ego quidem primam sententiam veram  
esse defendo: secundae autem assertoribus  
respondet Molina, ex aequitate, & vii videri non  
soluendam pro illis decem aliud, quamvis in  
rigore solui deberet. Attamen facilius respon-  
deo cum Cardinali Lugo *hic, d. 36. numero  
182.* non sequi processum in infinitum: ad  
quem vitandum, & foluendam gabellam  
aequalem computandum esse, quod datur  
venditori, & danda esse gabellario nonam  
partem illius summe, quae data est libera ven-  
ditori, vt si v.g. sunt venditori data 900. libe-  
ra, danda sunt 100. gabellario, hoc enim pacto  
habebit integram decimam totius pretij,  
cum pretium totum sit 1000. ex quibus ga-  
bellarius habet 100. pro gabella.

## D. V B I V M L I I.

Ad gabellam soluendam, computan-  
dumne est, quod licitatori datur,  
pretium mercis au-  
genti?

Quando in publica subhastatione pro-  
mittitur ei, qui licitatus fuerit in  
pra alios, quod sine ipse sit, vel non  
sit.  
fit vltimus, dabitur ei quarta pars, verb. grat.  
eius augmenti, quod supra praecedentes ob-  
tulit. dubitatur itaque, an ad soluendam ga-  
bellam computandum sit totum pretium, quod  
vltimus obtulit, & foluit, an vero id, quod re-  
manet venditori, deductis illis, quae ex pacto  
praecedenti reddi debent iis omnibus, qui li-  
citando, pretium auxerunt.

deducenda sunt illa, quae licitatoribus  
soluuntur, & folum ex reliquo gabellam  
soluendam. Quia illa alia pretium imminuunt.  
Sic Parladorus quem refert, ac sequitur Sanchez  
*libro secund. Consil. cap. 4. dub. 41. numero  
4.*

Non sunt deducenda illa, sed ex toto pretio  
gabella soluenda. Quia sicut non deducuntur  
aliae expensae, ita non debent deduci ea, quae  
ex tali pacto soluuntur. Ita Molina *tom. 3. d.  
679. n. 2.* citans alios: addicit tamen, nisi con-  
suetudo contraria sit.

Ego autem distinctione vtendam existimo,  
si in rigore loquamur, nisi vltius leges tem-  
perauerit. Vt scilicet folummmodo deducen-  
dum sit id, quod datur emptori ob vlti-  
mam licitationem ab ipso factam, non quod  
aliis datur, qui pretium auxerunt, & non  
emunt, nec etiam quod datur eidem em-  
ptori ob priores licitationes ab ipso factas,  
supra

ELSCOBAR  
Theol. Mor.  
Tom. VI. VII.  
E. IV

supra quas alij postea obtulerunt. Ratio est, quia illud est pretium datu ab emptore, quod ipse offert, & soluit pro re: hic autem emptor, qui inuenit iam oblata 32. pro re illa, & ipse offert 40. re vera non offert nisi 38. precedente pacto, quod quarta pars augmenti esset quasi non oblata, sed ipsi remaneret. Ergo pretium, quo emit, sūt 38. adeo ut si illud esset pretium summum, venditor iuste ei venderet, nec aliquid restituere teneretur; quia non accepit ab eo, nisi 38. Ergo ex illis soli solui debet gabella. Quod autem non debeat deduci, quod aliis oblata 32. pro re illa, solum, similiter ostendit: quia pretium non est quod manet liberam venditori deductis expensis, quas in venditione fecit: sed quod soluitur ab emptore; sicut etiam gabella, quam venditor soluit, intrat in pretium, ideo si illa 38. excederent pretium summum, deberet excessus emptori restitui, etiam si soluta gabella, & solutis iis, que prioribus licitationibus debentur, non maneret venditori nisi pretium summum: quia considerandum est, an emptor plus soluat de suo, quam res valeat alioquin patitur iniuriam, cum cogatur pro re supra eius valorem solvere. Ergo solum debet deduci, quod ipsi soluitur ob licitationem, non quod aliis soluitur. Denique quod deduci non debeat quod eidem emptori soluitur ob alias licitationes priores ab ipso factas, ex eodem principio probat; quia illud totum est pretium, quod emptor dat de suo, ut rem habeat. Casu ergo, quo emptori iam debebantur quatuor ob alias licitationes priores, & novae offert 40. addendo octo supra ultimam licitationem, ex qua oblatione potest sibi retinere duo, si emat: offert vere de suo 38. quia offert 34. que re ipsa soluet, & alia quatuor, que iam ipsi debebantur, etiam si non obtulisset 40. Ergo perdit de suo 38. ut rem habeat. Ergo 38. sunt pretium integrum, quod dat pro re illa, atque adeo ex illis 38. soluenda est gabella, in rigore loquendo.

DVBIVM LIII.

Debetur ne gabella ex onere, quod ultra pecuniam emptori imponitur?

205  
Questionis  
frans.

Domum, que plus valebat vendit quis pro mille, addito onere emptori, ut ipse debeat condicere aliam domum illius in annos decem, vel ut pretio aliquo locet ei aliam domum suam: vel vendit ancillam cum pacto, ne in loca longinqua deferatur: quod onus videtur esse pars pretij, & ideo æqualitas & iustitia contractus pensanda est non solum ex pecunia, quam soluit emptor, sed etiam ex iusta illius oneris æstimatione, quod cogitur subire. In his itaque casibus dubitatur, an gabella debeat solui non solum ex pecunia, que redditur, sed etiam ex

onere, quod imponitur, quanti æstimatione prudentis poterit duci?

Debet solui ex pecunia & ex onere. Quia totum illud est pretium, quo res illa venditur. Sic Lazarte apud molinam tom. tertio d. 678. ex pecunia, & ex onere num. 9.

Non debet solui ex onere imposito gabella, sed ex pecunia solum, quia licet totum illud considerandum sit ad æqualitatem, & iustitiam contractus, & ad illa etiam onera exigenda detur actio & venditio iuxta leg. Fundi partem, ff. de contrahenda empti. quatenus quando alius contractus miscetur cum venditione, & pretium pecunie, quod soluitur, excedit valorem & æstimationem alterius oneris adiuncti, totus contractus reputetur venditionis ad effectum, ut possit agi actione ex vendito pro illis aliis quoad gabellam verò debet solum solui ex illo contractu, quatenus proprie venditio, aut permutatio est. Provt vero habet obligationem illam aliam adiunctam, non est proprie venditio, aut permutatio, cum non sit rei pro pretio, vel rei pro alio onere, vel obligatione: quare ea ex parte gabella non debebitur, ita Molina citatur.

Ego quidem hanc sententiam probabilior esse iudico, quando gabella debetur solum ex venditione, vel permutatione. Nam si deberetur ex aliis contractibus onerosis, priorem partem vti vnice mihi veram amplecterer.

DVBIVM LIV.

Qui vendit iuricum presio ex lege taxato, potestne reuicere in emptorem ipso consentiente onus soluendi gabellam, quando venditor deberet solvere?

Potest hoc onus in emptorem reuicere, quia si ille consentit, nemini fit iniuria non Regi, cum ei gabella soluitur non emptori, cum ille consentiat, & sic gratis id solvere videatur. Sic Ludonic. Messia, quem citat. Lazarte de decima venditionis, c. 15. n. 25.

Imponi non potest onus huiusmodi, etiam venditore consentiente, quia illa gabella ab emptore soluta, esset etiam pars pretij, atque ideo iam venderet, maiori pretio supra legis taxationem. Ita Molina tom. 3. d. 678. n. 10. citans Lazarte. Turrian. hic. d. 45. dub. 8. n. 13.

Profectus si venditor, se gabellam voluntarie solvere promittat, pacto minime adstrictus: videbitur se illud venditori donare, si autem pactum intercedat, licet emptor, ut ei forte indigenti, frumentum vendatur, minime poterit venditor reuicere in emptorem gabellæ solutionem, ne in pretio taxam legis excedat.



## CAPVT XIV.

*Circa Ecclesiasticarum personarum à Tributis, seu gabelis soluendis immunitatem.*

## DVBIUM LV.

*Immunitas à solutione Tributorum prouenitne Ecclesiasticis, etiam à iure diuino completè, ac proximè.*

212  
*Quæstio  
stans.*

**L**IBRO 59. plura de immunitate Ecclesiasticorum à gabelis soluendis expressi, pluraque ad proprium hunc de Tributis tractatum referuauit, illa recole, hæc accipe. Certum est Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis hanc immunitatem de facto ad minus iure humano competere, Canonico quidem. *Cap. Non minus. Cap. Aduersus, de immunit. Eccles. Cap. Quamquam, de censib. lib. 6. Cap. 1. de immunit. eodem lib. Clement. Prasenti de censib. Authentica Item nulla communitas. C. de Episc. & Cleric. Leg. Sancimus, 2. C. de sacros. Ecclesiis.* Quæsierim uero, an competat etiam de iure diuino?

213  
*Non eis  
competit  
completè  
ac proximè*

Non eis competit completè & proximè de diuino iure, sed remote, ac fundamentaliter: quatenus supposita ordinatione Christi Domini, qui Pastores, & statum Ecclesiasticum instituit convenientissimum erat, quod lege humana eximerentur, prout exempti fuerit, uerum directè, ac proximè exemptos esse iure diuino dicendum non est: quia id nullo ex sacro textu constat. Si Lessi. l. 2. c. 3. dub. 4. n. 28. citans Caietanum, Victoriam, Medinam, Sorum, Conarruiam, & Nauarrum, Molin. to. 1. d. 31. § 10. 3. d. 670. n. 2. Salas, Malder. Hæriq. Villalob. Arag. Ledesma, & alij plures etiam ex Iuris, quos affert Diana p. 1. tr. 2. resol. 1.

214  
*Eis completè, ac proximè competit.*

Competit eis completè, ac proximè à iure diuino, quia id uidetur expresse tradi à Bonifacio VIII. in *Cap. Quamquam, de censib.* & innuitur satis in Tridentino *ses. 26. cap. 20.* dam dicitur, *Ecclesie, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonum sanctionibus constitutum esse.* Ita Suar. contra Regem Angliæ l. 4. c. 22. n. 30. Homobon. Hugolin. Alterius, Peregrin. Duardus, Comitol. Laym. Azor. Sola. Fillinc. Bopac. & alij plures ex Iuris, quos affert, & sequitur Diana citatus.

215  
*Hoc uerum esse creditur.*

Profecto, supposito, quod iure diuino Ecclesiastici exempti sunt à correctione, & iurisdictione hinc quoad personas suas, ita ut non possint ab ea iudicari, uel puniri: difficile est, quomodo non sint eodem iure exempti quoad tributa soluenda, hæc enim imponi nequeunt nisi à superiore habente uiam coercitiuam ad

obligandum subditum, & eum puniendum, si non obediat. Si ergo Princeps secularis non potest indicare, nec punire Ecclesiasticam personam: non apparet, quomodo ualeat obligare ad soluenda tributa, quæ imponit?

## DVBIUM LVI.

*Clerici minorum Ordinum non coniugati Beneficium Ecclesiasticum non habentes suntne à soluendis Tributis immunes?*

**C**ertum est, eos Clericos Ordinum minorum, qui coniugati sunt etiam cum Quæstionibus, ea immunitate non gaudere, statim licet habitum Clericalem, ac tonsuram habeant. Quia sic habetur in *Cap. vii. de Clerico coniug. in 6. & in Trident. ses. 25. c. 6. & ex censu D. octonum probat Sanch. l. 2. consil. c. 4. dub. 49. num. 2.* Quæstio autem est de Clericis minorum Ordinum non coniugatis, qui beneficium Ecclesiasticum non habent, an sint à tributis soluendis exempti?

Non sunt à tributis immunes. Quia si à tributorum solutione essent immunes, ostium aperiretur inuicem, qui ut à soluendis gabelis onere eximerentur, Ordinibus minoribus iniuri curarent. Certè pluribus in locis ab huiusmodi Clericis gabelæ exiguntur. Sic Angl. Olanus, Parlador. apud Sanch. num. 3. Lazar. Gutier. Ledesma, Ioan. de la Cruz apud Dianam p. 1. tr. 2. resol. 35. Et saltem id uerum esse affirmant, quando non habent conditiones à Trident. *ses. 5. c. 6. requisitas,* nempe ut deferant habitum Clericalem, & tonsuram, deputatique sint ab Episcopo alicui Ecclesie, aut in seminario Clericorum, uel in aliqua schola uel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in uis ad Ordines maiores suscipiendos ueretur, Manricus Martienzo apud eundem Sanch. Layman. Suar. Azor. Reginald. Fillinc. Coriolan. Alterius, Molles. & alij apud Dianam *ibi resol. 36.*

Immunes sunt à tributis soluendis, nisi consuetudine aliqua ex tacito Pontificis summi consensu alieni fuerint subiecti. Quia hi sunt uere Clerici, atque ideo personæ Ecclesiasticæ: Ergo supitur exemptione omnibus Ecclesiasticis personis concessa. Nullibi autè eis ablatam esse reperitur: non in iure communi, nec in loco Concilij citati, in quo non agitur de hæc exemptione, sed de fori priuilegio, ad quod illæ conditiones requiruntur; quare quoad hanc immunitatem ut antè erant, relinquuntur, ita Molina *rem. 3. d. 671.* Medina, Bertachin. Felin. Perez. Conar. quos affert, & sequitur Sanch. *ubi supra* adiciens cum Imola, Tabiena, & Conarruiam, id intelligi etiam non deferant habitum, & tonsuram. Lessi. Malder. Garcia, Comitol. Torreblan. quos affert Diana *resol. 36.* ubi leges epistolam Cardinal. Caraffe ex mente Congregationis Consilij id referentibus ad Comitolum.

Cum his probabilis opinor. Fateor tamen, alicubi esse legem, & consuetudinem exigentem

ESCOBAR  
Theol. Mor.  
Tom. V. VI. VII.  
E. IV.

di ab eis gabellas, quando beneficiam non habent. Quæ coniectura si approbata tacite sit à summo Præfule, valida erit. Potuit enim rationabiliter approbari propter multitudinem eorū Clericorum; plurimi enim primam tonsuram accipiebant ad finem non solvendi gabellas. At stando in iure Canonico, etiam si ea intentione Clericalem tonsuram acciperent, sine animo ascendendi ad ordines factos immunes essent, quia intentio illa Clericalem statum non tollit.

DVBIVM LVII.

*Clerici minorum Ordinum coniugati, moriua uxore, quam virginem, & unicam duxere, recuperantne exemptionem à Tributis, si habitum, & tonsuram non deserant?*

220  
Recuperant  
privilegium  
hoc.

Recuperant quidem, quia hi sunt verè Clerici non coniugati. Ergo non est eis ablatum hoc privilegium, quod solis coniugatis auferitur. Sic Conar. Dominic. Ioan. Andre. Francus, Panor. tit. quos affert, & sequitur. Sanch. l. 2. consil. c. 4. dub. 53. & alij.

221  
Non recu-  
perant.

Non recuperant privilegium hoc, si habitum, & tonsuram non deserant, quia immunitas à tollendis tributis solis his Clericis in minoribus constitutis conceditur, qui conditiones à Tridentino sess. 25. cap. 6. expressas obervant, quarum una est habitum, ac tonsuram gestare. Ita nonnulli Doctores apud Sanchez citantur.

222  
Primam  
sententiam  
erroniam  
esse reor.

Primam sententiam omnino preferendam esse reor, quia Tridentinum de privilegio fori mihi loquitur. Profecto solis coniugatis video expressè huiusmodi immunitatis privilegium ablatum esse, id est, quæ clerici, defuncta uxore quâ virginem, & unicam duxerant, cum vel sine habitu & tonsuræ gestatione verè Clerici existant, non est, cur eos à privilegio huius immunitatis à gabellis solvendis excludamus, maxime dum Diana cum aliis eos nec à fori privilegio excludendos affirmet.

DVBIVM LVIII.

*Laius habens in sua familia unum, vel plures filios Clericos, vel etiam beneficarios; potestne extrahere ex gabella partem iuxta id, quod Clerici illi consumunt?*

223  
Potest q-  
dem.

Potest equidem, quia sicut Clerici non possunt cogi ad recipiendos milites ad hospitium, sic neque eorum patres vel fratres habitantes cum ipsis in domo communi. Ergo idem videtur dicendum de exemptione à tributis. Sic Riccius, & Graf. quos affert, & sequitur Diana p. 3. tr. 1. resol. 32. in casu illo haud dissimili de militibus recipiendis.

Non potest ex gabella detrahere, sed integram debet pater ille solvere, quia gabellam non solvit, qui comedit, aut consumit res illas; sed qui eas emit, vel affert pater autem solus est qui emit, vel affert, & qui est eorum reum post emptionem dominus sicut à contrario Clericus nihil gabellæ solvit: omnibus, quæ emit, licet id consumi debeat ab eius famulis, vel amicis laicis, quos ad prandium immitat, ita Sanch. l. 2. consil. c. 4. dub. 54. recentiores alios referens. Cardin. Lugo to. 2. de iust. d. 36. n. 105.

224  
Non potest.

Ergo etiam quidquid sit de exemptione ab hospitibus, nego paritatem, quia in illo casu attenditur ad Clerici quietem, quæ militum hospitio turbaretur: in gabella autem solvenda solum attenditur ad commodum, vel incommodum illam solvendi.

225  
Placet hæc  
resolutio.

DVBIVM LIX.

*Novitij Religionum debentne de bonis propriis, quæ retinent, gabellas solvere?*

Debent quidem, quia id privilegium Religiosis professis concessum est, vel Religioni, quæ pro professis supponere videtur. Ergo novitij qui adhuc uti laicales bona sua retinent, laicarium instar debent, gabellas solvere. Sic Parlador. l. 1. rerum quotidianarum c. 13. §. 1. n. 2. Lazarte tr. de decima vendit. c. 19. n. 50. Manuel. to. 2. qq. Regul. q. 43. n. 8. & 10. 3. q. 74. n. 9. Gironda de gabell. p. 7. in princ. Moltel. sum. tr. 22. c. 22. n. 162. facit, dum docet, Religiosos professos exemptos esse à gabellis, ubi videtur novitios excludere.

226  
Debet sol-  
vere.

Minime debet, quia novitij sunt pars communitatis Ecclesiasticæ, cui toti competit exemptio, ita Molina to. 2. d. 672. Torrian. hic. d. 44. dub. 4. n. 8. Malder. Barbof. Graf. Berachin. & alij plures, quos affert, & sequitur eruditissimus amicus meus Diana p. 1. tr. 2. resolut. 37. Sanch. l. 6. Decal. c. 10. n. 16.

227  
Solvete non  
debent.

Longè hoc verius esse non dubito. Nam novitij in favorabilibus pro Religiosis habentur, & ideo omnibus Religiosis potiuntur indulgi. Et quidem usus id habet, ut Religiosum per viam transeuntem nunquam custodes rogent, an sit professus, vel novitius, ut gabellam solvat.

228  
Longè hæc  
mibi verius

DVBIVM LX.

*Regularium coloni debentne gabellam solvere?*

Debent equidem, quia privilegium liberans Regulares à gabellarum solutione videtur esse personale, id est personis Religiosis concessum. Unde cum re ipsa non tranfit ad colonos, Sic aliqui, quos presbo. nomine affert Diana p. 1. tr. 2. resol. 37. & probabile innuit esse Card. Lugo tom. secund. de iust. dist. 36. num. 107. dum

228  
Debet qui-  
dem solvere

<sup>230</sup> *Solvere non debent.* dum contraria sententiam veterem appellat. Minime debet solvere, quia privilegium illud est reale, & transit cum re ipsa, quae adhuc est sub dominio Religionis, ut videtur expressum in Bulla Pij V. quam affert Diana *vbi supra*, ubi ipsi etiam coloni in hac exemptione nominantur. Ita Abbas, & alij, quos affert Menoch. l. 2. de arbitrar. casu 562. num. 46. Tamburin. de iure Abbat. tom. 1. d. 15. q. 21. num. 6. Lugo citatu Peirin. de privileg. Minorum. tom. 1. conf. 2. Julij II. §. 33. numero 142.

<sup>231</sup> *Probabilius hoc mihi.* Hoc probabilius longe esse credo, & certius esse existimo, quando in ipso contractu esset expressum, quod colonus huiusmodi exemptionem retineret, Menochio *ibidem*, & Mascamburno *conf. 18. num. 39.* annotantibus; & quando fructus, ex quorum emptione petitur gabella, nondum sunt à solo Ecclesiastico communi separati.

DVBIVMLXI.

*Emphyteuta secularis habens in emphyteusim rem Ecclesiae, libere est à gabella solutione?*

<sup>232</sup> *Liber non est ab onere soluendi.* Non est liber, quia Ecclesia in eum retransfert, quasi in dominum toto eo tempore, quo durat emphyteusis: Ergo debet ex re illa gabellam solvere ac de re seculari. Sic Avendaño, Valascus, & Rolandus apud Dianam p. 1. tract. secund. resolut. 24.

<sup>233</sup> *Liber omnino est.* Liber omnino est, quia adhuc dominium directum manet apud Ecclesiam, licet indirectum sit emphyteuta seculari translatum. Ita Felicianus de Solis *tr. de censib. to. 2. in addit. l. 1. in prefat. num. 1.* Fasent, quae dicuntur in *conf. 2. quod habetur tom. 12. tractatum. fol. 99. col. 3.* & sequitur Diana *vbi supra*.

<sup>234</sup> *His adducto.* His adhaere Doctoribus, quia dum directum dominium rei illius remanet in Ecclesia libera est à solutione tributi; non enim tunc secularis ille, sed res ipsa privilegio exemptionis potitur. Aliud esset quando dominium etiam directum transferretur, imposito solum onere soluendi censum annuum Ecclesiae, ut Felician. de Solis *to. 1. l. 1. c. 10. num. 5. & 15.* advertit.

DVBIVMLXII.

*Ecclesiasticus debetne ex bonis patrimonialibus gabellam solvere?*

<sup>235</sup> *Debet solvere.* Debet quidem, quia patrimonialia illa bona iam addicta erant tributo priusquam ille statum iniret clericalem: Ergo & postmodum tributaria manebunt. Sic cum aliis Iuristis Bobadilla *in polit. tom. 1. l. 2. c. 18. n. 260.* Quia tamen excipit bona patrimonialia, ad quorum tutam quis fuit ordinatus.

<sup>236</sup> *Non debet.* Non debet ex bonis patrimonialibus gabellam solvere, quia Canones expresse ac generaliter loquuntur non solum de bonis Ecclesiae, sed de bonis Ecclesiastico: nec id debet limitari ad sensum formalem, nepe quatenus Ecclesiastici sunt. Ita communiter Doctores, quos Diana p. 1. tr. 2. resol. 39. citat, & sequitur.

<sup>237</sup> *Hanc sententiam veram esse defendo.* Hanc sententiam veram esse defendo. Nam quando exemptio datur quoad aliqua sola bona, solet id explicari: ut in commendatariis Ordinum Militarium lex explicat exemptionem quoad bona commendae. Vbi ergo non limitatur, debet exemptio vniuersaliter intelligi quoad omnia bona. Vnde non solum in bonis proprie patrimonialibus hoc locum habet, sed etiam in bonis & donatione, emptione, vel alio titulo ad personam Ecclesiasticam pertinentibus, quia de his omnibus eadem est ratio. Scio tamen, statum Regni Neapolitani referri, quod Clerici de bonis sibi donatis debeant gabellam solvere. Quod sustineri poterit si habeant consentium expressum, vel tacitum summi Praesulis. Puar. Barbosa, & alij quos refert, ac sequitur Diana p. 1. tr. 2. resol. 42.

DVBIVMLXIII.

*Quando bona ad Ecclesiasticam personam venient habebant onus, vel tributum annexum, quod Clericus solvere proculdubio debebat, & non soluit: potestne ad soluendum id à Iudice seculari cogi?*

<sup>238</sup> *Nonnulla praemissa.* Quaestio vertitur à Doctoribus, an debeatur gabella, quando bona Ecclesiastica antequam ad eum venissent, subdita erant gabellae solvendae? Et melioris notae Doctores distinguunt. Si bona illa habebant onus, vel tributum perpetuum, ac mere reale annexum, cum illo onere transierunt ad Ecclesiam: secus autem si onus illud non erat reale, sed ratione personae, ut si soluebatur ex bonis tributum, generali ex lege, & obligatione, qua bona subditorum sunt obligata, & hypothecata Principi pro tributi ipsi debitis Ita docent omnes, quos lae congruit, ac sequitur Sanch. l. 2. *conf. c. 4. dub. 57.* & idem cum proportione dixerim, quando aliqua bona, ex quibus ignobilis soluebat tributum, transierunt ad nobilem & tributi exemptionem. Nam si onus illud reale erat, ipsi rei affixum, ad nobilem cum eodem onere transit; si vero erat ratione personae, non transit onus cum re ipsa. Quid autem si Clericus praefato oneri non satisfaciat, tributum ex illis bonis debitum soluat. Potestne cogi à Iudice seculari ad soluendum cogi?

<sup>239</sup> *Potest cogi à Iudice seculari.* Potest quidem, quia tunc magis conveniunt res ipsa, quam persona. Sic Guillelmus, Bartolus, Gregorius Lopez, Olanus, Guartierrez, & Hostiensis, quos refert Sanch. l. 3. *conf. c. unico dub. 30. num. 10.* Alii tamen eorum explicant, posse quidem à seculari iudice

ELSCOBAR  
Theol: Mor:  
Tom: V. VI. VII.  
E. IV

240  
Cogni non  
potest.

dice fieri executionem in re illa non tamen  
geri aliquid circa Clerici personam.

Minime potest Ecclesiasticus coram iudice  
seculari conveniri, nec ab eo cogi ad tributum  
illius solutionem, quia à seculari tribunali  
est omnino exemptus, non solum in causa cri-  
minali, sed etiam in civili, ut constat ex  
*Aubert. Statutus, C. de Episc. & Cleric.* Ita  
Panormit. Socin. & alij, quos refert, ac sequit-  
ur Sanchez. l. 2. *confil. c. 4. dub. 57. n. 4.*

241  
Auctoritas  
resoluit.

Liect Clericus onus illud reale non solu-  
nat, minime potest à iudice seculari obli-  
gari ad solvendum, quamvis executio in re,  
fiat, & nihil circa personam Clerici geratur:  
cum omnino & in criminalibus, & in ci-  
vilibus causis sit à seculari potestate, seu  
iurisdictione exemptus: unde ad Ecclesiasti-  
cum iudicem erit recurrendum.

DVBIVM LXIV.

*Potestne lege imponi obligatio realis  
omnibus fundis, ut etiam si ad Ec-  
clesiam deventans, Tributum sol-  
vat Ecclesia?*

242  
Status qua-  
estiones.

Nonnulli Iurista invenire cautelam,  
ut Ecclesia ex praedictis in futurum ha-  
bendis tributum totiter, reddendo scilicet  
omnia praedia tributaria ex civitatis  
statuto, ut sic omnia illa ad Ecclesiam tra-  
seant cum onere reali solvendi tributum,  
Quaeritur itaque, an possit lege imponi fundis  
huiusmodi realis obligatio?

243  
Potesit qui-  
dem hoc le-  
ge praescribi

Potesit equidem, quia hoc non in odium  
Ecclesiae, sed in communis iuris conserva-  
tionem sic hoc consuetum laudat Bartolus,  
Otalora, Ancharanus, Azucedo, & alij, quos  
affert Sanchez. l. 2. *confil. c. 4. dub. 57. n. 5.*

244  
Minime  
potest.

Minime potest, quia tributa ab alto, quam  
à Principe imposita sunt extraordinaria, quae  
Clericos non ligant. Ita Sanchez citatus n.  
6. multos alios referens. Faceret tamen num.  
7. quod si illa onera realia generaliter indicta  
à Principe fuerint supremo, & sine fraude, ac  
odio Ecclesiarum valida esset, & ad Cleri-  
cos transirent; quod quidem alij ab ipso  
citati concedunt.

245  
Quid dice-  
dum expo-  
no.

Hoc verò minime placet Cardinali Lugo  
*tom. 2. de iust. d. 36. num. 113.* nec mihi: nisi  
praedia, quibus tributum illud imponitur,  
essent re vera ipsius Principis quo ad proprie-  
tatem: tunc enim unusquisque potest rei suae  
onus reale apponere, quod voluerit, & face-  
re, ut ad quocumque cum illo onere tran-  
seat: quod tunc non est proprie tributum:  
sed census solvendus in Domini praesentis  
vel praeteriti recognitionem. Quando vero  
praedia sunt subditorum, onus illud, quod  
apponderetur, esset verè tributum, quod non  
exigeretur intuitu praedij, quod est ipsius  
subditi, sed quia tributus est, & propter pote-  
statem iurisdictionis Principis in ipsum, quae  
re deficiente illo titulo, & potestate, pro-  
dehinc respectu personae Ecclesiasticae, haud  
potest onus illud persolvere.

DVBIVM LXV.

*Equites Ordinum Militarium partici-  
pantne hanc à gabellis solvendis  
exemptionem, ex iure communi?*

246  
Status  
quaestiones.

Quor seclusis eorum specialibus pri-  
vilegiis, si quae habent, nè gabellas solu-  
nant: sed solum de iure communi ob  
personarum Ecclesiasticarum exemptio-  
nem. Requiro itaque, an ex iure communi  
hi sint à gabellis solvendis exempti.

247  
Omnia  
exempti sunt

Exempti sunt omnino, quia sunt verè Re-  
ligiosi, & personae Ecclesiasticae, quibus con-  
cessa est eiusmodi immunitas. Sic Carran-  
za, & Flores de Mena, quos refert, & se-  
quitur Diana p. 1. tr. 2. *resol. 49.* & p. 2. tr. 1.  
*resol. 51.* id extendit ad eos, qui media Cyprae  
alba D. Ioannis condecorantur, & *resol. 45.*  
id extendit ad uxorem viduam Equitis S. Ia-  
cobi, vel Alcantare, donec alteri nubat, citat-  
que Barbolam p. 2. *de potest. Episc. allegat. 13.*  
num. 15.

248  
Non sunt  
omnino  
exempti.

Non sunt à gabellis exempti nisi quoad bo-  
na suarum Commendarum, quia hi non  
sunt verè Religiosi: Ergo non fruantur exem-  
ptione Religiosis concessa: ita Doctores mul-  
ti, quos citat Sanchez l. 2. *confil. c. 4. dub. 58.*  
ubi fatetur, Clericos horum Ordinum, qui  
in communi vivunt, immunes omnino esse;  
Equites autem, seu Milites gabellas solvere  
de aliis bonis praeter suae commendae fru-  
ctus, pro ut praecipitur in lege Hispana, quae  
est *lex 9. tit. 18. lib. 9. noua recopil.* ubi dicitur,  
de iis etiam fructibus solvendum esse, ubi  
fuerit talis consuetudo.

249  
Auctoritas  
resoluit.

Scio Bobadillam *tom. 1. polit. l. 2. c. 18. num.*  
*264.* asseruisse, omnino exemptos non esse;  
nam gabellam solvere debet de aliis bonis ad  
commendam non pertinentia. Scio P. Moh-  
nam d. 663. num. 6. docere, in Lusitania hu-  
iusmodi Equites, si commendam habeant  
esse immunes omnino, sed si nudo habitur  
sine commenda, decorentur. Ego autem cum  
Cardin. Lugo d. 36. num. 114. loquendam in-  
dico quoad hos Milites cuiuscumque Regni  
consuetudinem: quia utraque est rationabi-  
lis, cum pro utraque parte sint rationes non  
lenes, ad id indicandum. Illud autem de vxore  
viduae Equitis, Barbolae venia, nimium mi-  
hi videtur; nec enim usum receptum esse video.

DVBIVM LXVI.

*Imponentes vel exigentes gabellas à  
personis Ecclesiasticis: incurruntne  
excommunicationem latam in clau-  
sula 5. Bullae Caene?*

Suppono, in *Cap. Non minus*, & in *Cap.*  
*Aduersus*, de *iniquit. Eccles.* terti ex-  
communicationem ipso facto incurrendam  
in Consules Civitatum, & quocumque  
alios

250  
Plura reco-  
lo circa  
penas iure  
alios

*lata contra alios potestatem habentes, eorumque fanto-*  
*imponentes res qui Ecclesias, vel personas Ecclesia-*  
*vel exigentes gabellas, eorumque bona aut pauperum vibus*  
*ab Eccle. depulsa grantant talis, collectis, aut exa-*  
*ab Eccle. ctionibus, si ad noniti non defiterint: à*  
*stificis. qua excommunicatione absoluti non pote-*  
*quam. de censibus iuncto Cap. 1. de immunit.*  
*Eccles. in 6. excommunicari ipso facto omnes*  
*qui ab Ecclesiis, vel Ecclesiasticis pro prio-*  
*nis, vel eorum bonis, vel ecclesiarum exi-*  
*gunt, vel extorqueant per se, vel per alium*  
*ipso, vel alieno nomine pedagium, vel qui-*  
*delatis: qui etiam nequeunt, nisi satisfactio-*  
*ne praemissa: absolui. Ibidemque praecipit,*  
*ut si in hoc communitas delinquat, locus ipso*  
*facto interdicto non relaxando, nisi praemissa*  
*latisfactione, subiaceat. Et in Bulla Coe-*  
*nae Domini claus. 5. excommunicatione ipso*  
*facto percipi omnes, qui in terris suis noua*  
*pedagia, seu gabellas, ad id potestatem non*  
*habentes, imponunt, vel exigunt. Et claus.*  
*14. excommunicari quemcumque statuta, aut*  
*decreta facientem, ordinantem, vel publican-*  
*tem, aut eis vtentem contra Ecclesiasticam im-*  
*munitatem. Et claus. 17. affici excommunicati-*  
*one enim, qui collectas, decimas, talias, pre-*  
*stantias, & alia onera Praelatis, & aliis per-*  
*sonis Ecclesiasticis, & bonis eorum, Ecclesia-*  
*rum, & Monasteriorum, & aliorum benefi-*  
*ciatum Ecclesiasticorum, illorumque fructi-*  
*bis, ac redditibus, seu proeuenibus huius-*  
*modi absque Romani Pontificis speciali, &*  
*expressa licentia imponunt, exigunt, aut*  
*imposita etiam ab ipsoe dantibus, ac con-*  
*cedentibus accipiunt: necnon qui per se,*  
*vel alium, vel alios directe vel indirecte*  
*praedicta facere, exequi, vel procurare, aut*  
*in eisdem auxilium, vel fauorem, aut vo-*  
*tum, seu suffragium palam, vel occulte pre-*  
*stare non verentur, causamque praemitt-*  
*entia sit. Non est dubium, quin praedicti*  
*omnes in excommunicationem Bullae Coe-*  
*nac incurant, quidquid dixerit Nauarrus sum-*  
*capite 27. num. 128. & ex eo Diana parti. 1.*  
*tracl. secund. resol. 47. Solum est difficultas*  
*an incurant excommunicationem contetam*  
*in clausula quinta.*

251 Non incurant, quia ibi solum excommunicantur, qui gabellas in se prohibitas imponunt, vel exigunt: non verò qui gabellas in se licitas, & legitima potestate impositas exigunt à personis exemptis. Sic nonnulli doctores, quos memorat, presso nomine Cardin. Lugo hic d. 36. n. 146.

252 Incurrunt planè, Quia licet illa tributa sint iusta, & legitima potestate imposita quoad laicos: sunt tamen sine legitima potestate prout ad Ecclesiasticos ordnantur; vnde secundum ipsam partem verè imponuntur à non habentibus potestatem. Ita Angel. Syluest. Tabie. & alij, quos refert & sequitur Molin. d. 670.

253 Hoc verius esse credo. Atamen parum hoc esse affirmas nisi, si omnes excommunicatione feriantur, quidam Monachum, in Clement. Praesumpti, de censuris praecipit dicere, ut denunciari faciãt,

quos nonerint incurrisse excommunicationem, vel interdictum à iure statutum (donec restituant & satisfaciant) eo quod quodagium, vel pedagia ab Ecclesiis, vel Ecclesiasticis non negotiantibus exegerint. Quod quidem esse praecipuum graue, & obligari sub mortali cum Thoma Sanchez lib. secund. consil. cap. 4. dub. 56. numer. secund. citante Nauarrum affirmo. & n. 3. annotat Sancius, Episcopum debere, parte vocata, & audita id facere, licet factum sit notorium. Quam tamen citationem necessariam non esse existimo, quando non denunciat ut nominatum personam, sed solum generaliter. Mecum Imola in dictam Clement. n. 16.

DVBIVM LXVII.

Ut Clericus negotiator immunitatem à gabella soluenda amittat, requiritur trina monitio.

Errum est, Clericum debere gabellam solvere ex iis rebus, quae negotiationis causa affert, vendit, vel emit. Cap. Quamquam. de censibus Clement. vltima de censibus Cap. fin. de vna, & honest. Cleric quod quidem in odium negotiationis Clericis prohibere fuit introductum. Qua fieri autem, an hac immunitas ipso facto amittatur an vero praerequiratur trina monitio, vt à negotiatione desistat.

Requiratur trina monitio, quia in Cap. fin. solum praecipitur Episcopo, vt si Clericus ab eo monitus non desistat, eum à gabellarum solutione non defendat. Et quomodo in Cap. Quamquam, & in Clement. vltima de censibus huiusce monitionis mentio non fiat: est tamen argumentum à contrario, quod non valet, quando contrarium est in iure decisum. Solum enim dicitur, non exigendas gabellas à Clericis ex iis, quae non causa negotiationis afferunt, &c. Sic Ludovic. Lopez, Butrio, Abbas, Parlador. Ioan. Andri. Imola, Felician. Salcedo, Tabie. Angel. Syluest. quos affert Sanchez lib. secund. consil. cap. 4. dub. 51. numer. 1. Rodriguez, Sola. Petr. de Ledes. Ioan. de la Cruz, Mofes. Reginald. quos citat & sequitur Diana parti. prim. tracl. secund. resol. 46. Suar. Conitol. & alij, quos refert Diana parte secund. tracl. 1. resol. 44. Gabriel. Pereira, Honobon. & alij, quos adicit idem Antonin. parte tertia tracl. secund. resol. 28.

Non requiritur trina monitio, sed ea non precedente, potest exigi à Clerico gabella, Non requiritur quia praefata iura generaliter excipiunt casum negotiationis à Clericorum immunitate, ita Malder. protel. Ioan. de Nenia, Prosper. de Augustino, Turrian quos affert Diana parte prim. tracl. secund. resol. 45. Alios plures citat Sanchez. vbi supra.

Ego autem probabilis distinxerim aliter, Clericum debere gabellam etiam non praecedente monitione ex iis, in quibus negotiatur, prout habetur in Cap. Quamquam & probabilem

ELSCOBAR  
 Theol. Mor.  
 Tom. V. VI. VII.  
 F. IV

in *Clement. ultima*; quoad reliqua vero bona debere etiam gabellam, quando ter ab Episcopo monitis a negotiatione non desistit, quia hoc est, quod dicitur in *cap. fin. de vita & honest. cleric. d. ubi Episcopo praecipitur, ut post trinam monitionem quominus d. ubi se implicat de suis facultatibus statuit, & consuetudinibus patriae subiacent, eos non defendat. Quo pacto apte utraque iura abique vlla repugnancia conciliantur. Mecum P. Sanch. *dub. 5. n. 6. & Castro Palao to. 2. r. 12. d. vni. pun. 9. n. 15. Legge Dianam resol. 46. citata alios referentem male tamen Molinam tom. 1. d. 147. concl. 5. vbi de hac questione nihil profatur nec tom. 2. d. 342. col. 2.**

DVBIVM LXVIII.

*Potesne ab Ecclesiasticis exigi gabella pro communibus necessitatibus, vel commoditatibus, etiam consequenter Clericorum in commodam redundantibus?*

258  
Exigi potest gabella.

Potesne gabella exigi, quia Clerici ipsi hac communi commoditate poiuntur. Habetur in *leg. Ad instructiones. C. de sacros. Ecclesis*, & in multis Legibus Hispanis, quas affert Sanch. *l. 2. const. c. 4. dub. 55. n. 13. Sic Innocent. & multi iuristae apud Molinam d. 572. n. 4. & innumeri quos affert idem Sanch. *num. 13. eamque sententiam ut probabilior sequitur. Henric. & alij plures quos affert Diana p. 1. r. 2. resol. 38. & 78. & 82.**

259  
Non potest gabella exigi.

Minime potest. Quia si in his casibus, v. gr. reparandis muris, fontibus, pontibus, &c. ecclesiastici non sint exempti, fere ad nihil eorum immunitas rediret: cum communiter gabellae ad has, vel aequales necessitates imponantur, ex quibus redidat, ex quibus redundat utilitas publica, & consequenter in Clericos, qui sunt partes communis, in hoc autem consistit eorum exemptio, ut propter eorum dignitatem, & beneficia superioris ordinis, quae populus ab his continuo accipit, ab huiusmodi communibus oneribus sint immunes. Quemadmodum viri nobiles immunes sunt ob suorum progenitorum merita a multis tributis, quae in communem utilitatem solvantur: & a recipiendis militibus in hospitium, licet haec receptio sit ad utilitatem publicam necessaria, ita Patro. Anton. Ioan. Andre. Bartol. Hostiens. Decius, Calder. Iason, Ludou. Lopez, Syluest. Angel. Table. Medina, quos refert Sanch. *ibid. dub. 55. n. 12. qui fateatur esse hanc sententiam satis probabilem. Laym. Homobon. Ioan. de la Cruz, Barbof. Salon. Sofa, Porrel. Alterius, Graf. Azor. Megala, Molfes. Duard. Beller. Marta, & alij quos citat, ac sequitur Diana citatis locis. Suar. in Reg. Angl. l. 4. cap. 26. numer. tertio Molina d. 672 & alij multi.*

260  
Hoc tenent & confirmo.

Veriorem hanc sententiam esse iudico, cui quidem leges civiles, si quae sunt, minime obstant, quia lex illa *Ad instructiones non Efcob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.*

sine causa correcte indicatur in ipso iure civili in *Aubert. Item nulla codic. de Episc. & Cleric. quae est noua constitutio Frederici Imperatoris. Sed quidquid de his legibus sit in hoc puncto standum magis factis Canonibus. Habetur autem in Concilio Lateran. citato in *Cap. Non minus de immuni. Eccl. in fossatis faciendis*, quae sunt ad Urbis custodiam, communem utilitatem, non esse aliquid a Clericis exigendum, neque ad expeditiones, nisi Episcopus, & Clerus tantam necessitatem, vel utilitatem aspexerint, ut absque vlla exactione ad releuandas communes utilitates, vel necessitates, vbi laicorum facultates non suppetunt, subsidia per Ecclesias existiment conferenda. Idem sub eodem anathemate in *Cap. Aduersus, cod. tit. reperiuntur.**

DVBIVM LXIX.

*Ut Clerici ad communes necessitates, vel utilitates contribuant, requiruntur, quod ad id laicorum bona non sufficiant?*

Non requiritur, quia cum communis sit necessitas, & utilitas, vsus iam receptus non attendit, an sufficiant laicorum subsidia: sed etiam Clericorum bona succurrunt. Sic aliqui quorum opinioni minus caute Sancius adhaesit. *l. 2. const. c. 4. dub. 55. n. 19.*

261  
Non requiritur.

Omnino requiritur, quia id expressis verbis Concilium Lateran. praecipit, & in *Cap. Aduersus imperatorem*: & vsus in curia ita habet, ut a summo Praefule non concedatur facultas, nisi cum tali clausula, ut constat ex Bullis Clement. VIII. & Urbani VIII. & id alij communiter supponunt. Ita ex communi Doctorum Cardin. Lugo *tom. secund. de inst. d. 36. num. 25.*

262  
Requiruntur plane.

Hoc vnicè verum esse existimo mei Sancij venia: vnde refellendam penitus primam sententiam esse crediderim.

263  
Mibi hoc vnicè verum.

DVBIVM LXX.

*Ut verba Conciliorum illa: Quod laicorum bona non sufficiant, verificentur sufficienter facultates communes Civitatum non sufficere, licet priuatis un sufficerent facultates?*

Decretum Concilij Lateranensis, vbi imperatur, ne Clerici tributa ad necessitates, vel utilitates communes conferre obligentur, nisi quando secularium bona non sufficiant, ad eimodi necessitatibus, vel utilitatibus subueniendum hanc ingerunt dubitationem, num ut verificentur verba illa, *quod laicorum bona non sufficiant*, satis sit facultates communes civitatis non sufficere, licet priuatum suppetant facultates?

264  
Status questionis.

Sufficit, ut bona communia civitatis non suppetant

265

*Sufficit, quo bona civitatis non suppetant.* suppetant, licet priuatorum suppetent facultates, vt Clerici debeant contribuere, quia alioquin nunquam Clerici obligandi essent, cum raro ita exhaustae sint facultates laicorum, vt hos sumptus facere non valeant. Neque etiam Episcopus possit facile id examinare. Sic Castro Palao 10, 3. tr. 12. d. vni. pun. 9. n. 9.

266 *Non sufficit* Non sufficit. Quia Urbanus VIII. in Bulla concessa pro Ducatu Mediolanensi (cuius verba affert Diana p. 4. tr. 1. resolut. 1. 1.) expresse affert pro ratione concessionis, quod facultates communitatum, & hominum illius status ad eam expensam non sufficerent. Et alioquin fere semper cogendi essent Clerici; quia fere nunquam ex redditibus ac bonis communibus solis potest his necessitatibus subueniri, tunc enim nec laici deberent ex suis bonis priuatis contribuere. Ita alij graues Doctores merito priuatae partis expositionem repellentes.

267 *Hanc sententiam defendo.* Fateor, me aliquando cum meo Ferdinando de Castro sensisse. Sed aptius nunc cum P. Suario l. 4. de immuni. c. 26. quem alij sequuntur sentio, ea verba Concilij intelligenda esse moraliter: nec singulos posse sine magno graminae suis solis sumptibus tale opus perficere. Quod aliqui ita explicant, vt laici soluendo gabellam illam sine Clericorum auxilio cogentur se eis priuate, quae quotannis necessaria eis sunt ad viuendum iuxta eorum, status conuenientiam. Quod ego ita intelligo, vt non sufficiat, si in laicis reperiantur alij ita diuites, vt eorum expensis id fieri possit: sed considerandas esse vires eorum omnium laicorum quibus moraliter tributum imponendum esset, an sint tales communiter loquendo, vt sine magno detrimento communitatis in necessariis ad statum singulorum possent sufficienter contribuere.

DVBIVM LXXI.

*Quando petitur iudicium Episcopi, & Cleri, vt Eccl. iusticiis gabellas ad necessitate, communes soluant, nomine Cleri intelligiturne solum Capitulum eccl.iae?*

268 *Solum capitulum Eccl. cathedrales* Solum Capitulum Ecclesiae Cathedralis nomine Cleri intelligitur, quia ita fert vsus Ecclesiae circa gabellarum materiam. Sic Suar. de immuni. c. 26. n. 16. Palao tom. 3. tr. 12. d. vni. pun. 9. n. 8.

269 *Non intelligitur solum capitulum Eccl. cathedrales* Non intelligitur solum Capitulum Cathedralis Ecclesiae, sed necessarius est consensus aliorum, ita vt vocentur etiam Capitula Urbis si sint: & Vicarij foranei, quia Cleri nomen genericum est, & cum alia Capitula in Vrbe sint, non bene in singulari capitulo nomine verificatur, ita Beller. Barbosa, Megala, Bonac. Marchin. quos refert, ac sequitur Diana p. 1. tr. 2. resolut. 1. 1.

270 *Verius hoc mihi.* Verius hoc esse credo dans fidem marchino, qui tr. de peste, p. 4. f. 1. n. 11. asserit, ita obseruatum fuisse Mediolani in hoc casu ac decisum a sacra Rota:

DVBIVM LXXII.

*Cum iam nunc ad hoc, vt in his communibus necessitatibus Clerici tributa soluant praeter Episcopi ac Cleri consensum Pontificis summi consensus requiratur: validusne est consensus Cleri, Pontifice inconsulto, ad hunc effectum?*

271 *L*icet olim sufficeret consensus Episcopi, & Cleri sine summi Praefuli approbatione iam ipse ob aliquorum imprudenciam hoc sibi reseruaue, vt constat ex cap. Aduersus de immuni. Eccl. Quaesitum vero, num Episcopus & Clericus, licet illicite, valide tamen consentiant, summo Pontifice inconsulto?

272 *Validè consentiunt, quia in cap. Aduersus nullum verbum irritans apponitur, sed solum praecipitur. Sic Suar. de immuni. c. 25. au. 17. Bonac. in Bull. Caena. d. 1. q. 19. pun. 3. §. m. 6. Azor. tom. 1. l. 5. c. 13. q. 8.*

273 *Non consentiunt validè, sed irritus est consensus, quando Pontifex consuli potest, quia Clerici post decretum illud cap. Aduersus non possunt obligari Pontifici non annuente, ita Castro Palao to. 3. tr. 2. d. vni. pun. 9. n. 7. Marchin. tr. de peste, p. 4. c. 4. n. 14. Diana p. 1. tr. 2. resolut. 1. 1.*

274 *Ego autem cum Cardin. Lugo utramque sententiam aequè iudico esse probabilem. Dixi vero, quando Pontifex consuli potest. Nam quando eius consensus necessitate urgente, expectari non potest, conueniunt Doctores, posse non solum validè, sed & licitè Episcopi ac Clerum consensum exhibere. Aduertit autem apte Suario, & alij cum ipso posse id aliquando fieri, urgente necessitate ad inchoandum tributum: debere tamen consensum Pontificis peti, ad illud continuandum, cum ad continuationem haberi possit. Lege Lugum ro. 2. de inst. d. 36. n. 127.*

DVBIVM LXXIII.

*Vt Clerici tributum soluant ad ea quae immediatè concernunt bona eorum & non solum consequenter: requirunturne eadem conditiones, ac requiri dixi ad contributionem in communi utilitate, seu necessitate?*

275 *V*idisti, quid sentiendum sit de tributis ad necessitatem, vel utilitatem communem pertinentibus. Est verò aliud genus contributionis ad ea quae concernunt immediatè etiam, ac direcè Ecclesiasticorum bona & non solum consequenter, vt quado contribuendū est ad auerendam febrem, cuius impetus perdit agros laicorū simul ac Ecclesiasticorum.

ELSCOBAR  
Theol. Mor.  
Tom. VII. VII  
E. IV

laicorum, qui in litore adfunt. In quo casu, & in similibus requiro, an eadem conditiones requirantur, nempe consensus pontificis facultas, & quod laicorum facultates non sufficiant?

276 *Requiruntur illa conditiones.* Requiritur equidem. Quia praxis id docet. Nam in iis etiam casibus ad summum Præsulum recurri solet. Civitas Florentina patit à Clemente VIII. pro reprimendo flumine Arno, cui vicini erant agri Clericorum & laicorum: & civitas Panormitana ab Urbano VIII. pro expensis tempore pestis: à quo etiam petit Ducatus Mediolanensis ob alias similes necessitates. Diana attestante p. 4. tr. 1. res. 11. Sic ipse alios citans concludit Pontificis facultatem esse necessariam, & res. 152. aliquos præterea Auctores idem asserentes adduxit. Porro in hoc casu excussiones faciendas in bonis laicorum, docent aliqui, quos affert, ac sequitur idè Diana res. 11. Faneet praxis curiæ in qua etiã in iis casibus facultas cõceditur *Si laicorũ bona non sufficiant.*

277 *Non requiruntur.* Non requiruntur huiusmodi conditiones, quia licet ex bonis propriis civitatis, vel oppidi possit illud opus fieri, adhuc tenentur Ecclesiastici ad contribuendum, illa enim bona communia cum sint destinata ad bonum commune, non sunt expendenda in aliquorum particularium vilitatem. Non autem Pontificis consensus requiritur, quia illa contributio est voluntaria, & necessaria ad prædia, non autem est tributum. Ita in prima conditione, quod non sit solum in subsidium, quãdo laici non possunt, multi Doctores, quos affert ac sequitur Sanchez l. 2. consil. c. 4. dub. 55. num. 6. Aqchar Menoch. Cenallos, cum aliis, quos citat Diana p. 4. tr. 1. res. 11. Quod autem Pontificis consensus non requiratur docent Molina d. 672. num. 4. Sylvest. Angel. Panormit. Ludou. Lopez, Tabie. quos affert, & sequitur Sanchez ibi dub. 54. n. 7 Garcia, Laym, Mezala, Manuel. Ledesma, Ioan. de la Cruz, quos refert, & sequitur Diana p. 2. tr. 1. res. 40.

278 *Distinctio, ne viot, & amplius expendo quaestioem.* Distinctione utendum existimo. Possunt enim tunc Ecclesiastici, quorum interesse agitur, & qui prædia habent vicina, quibus subuenire intenditur, convenire, & pacto se obligare ad contribuendum ad expensas pro parte sua: vel potest hæc contributio illis per modum tributi imponi à superiore. In primo casu verã credo esse sententiam, nec summi Præsulis requiri cõsultum, quia illud non est propriè tributum, sed contributio, quam ipsi met ex pacto sibi imponunt propter interesse quod habent: nec tunc attendi debet, an laici possint soli expensas solvere, quando vero Clerici nolent consentire, vel non omnes, & necessarium esse illos constringere: tunc iam videretur esse species aliqua tributi: & verã putarim esse primam sententiam, quod requirendus esset summi Præsulis consensus, ad Clericos obligandos, Pontifex autem aliquando consentire poterit, ut absolute contribuant Clerici, nulla facta discussione facultatum laicorum: aliquando prudenter hæc conditionem exigeret, quia cum sit obligatio, & species tributi, non vult obligare Clericos nisi in laicorum subsidium. Ceterum in iis Bullis, & Cõcessionibus, quæ pro *Escol. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.*

prima sententia afferuntur: aliquæ sunt pro relaxandis expensis factis tempore pestis, quæ quidem non videntur esse ex illis, de quibus loquimur, sed potius immediate tendunt in bonum communis, & consequenter in Clericorum vilitatem, sicut pontes, fontes, custodiz, & similia, quare non mirum, quod Pontifex nolit contribuere Clericos nisi in subsidium laicorum, præsertim cum sumptus illi iam facti fuerant, vel mortui, & solum contribuendum nunc sit ab aliis Clericis, qui ex iis non participarunt. Porro illa concessio non fortificandis arcibus, non est in hoc genere, de quo quaestio, sed in illo, quod pertinet immediate ad publicam vilitatem, & consequenter ad Clericos. Denique illa pro defendendis agris à fluvio Arno, licet videretur esse immediate in vilitatem eorum Clericorum, qui agros fluvio vicinos habebant: sed tamen non petebatur facultas, ut illi soli contributorerent; sed pro toto clero: nec præferat pactum, aut consensus eorum, qui habebant in interesse, sed volebant eos omnes cogere, imponendo verum tributum: in quo Pontifex prudētissime noluit consentire nisi in subsidium, & defectum laicorum, ut Conciliorum decreta observarentur. Hæc quidem ex eminentissimo sapientissimoque Cardinali de Lugo (to. 2. de iust. d. 36. n. 130.) accipi.

DVBIVM LXXIV.

*In iis casibus, in quibus Clerici possunt, vel debent contribuere, si reluctentur, possunt à laicali cogi potestate?*

279 *Status quaestiois.* Quæstio gravis voluitur; num quando contributio gerenda sit à Clericis iuxta superius dicta, si ipsi reluctentur obligationi satisfacere, possint à seculari iudice cogi ad soluendum, an à solo suo Prælate Ecclesiastico, sine gabellæ soluendæ sint ob vilitatem, seu ob necessitatem concertentem directè, sine solum mediatè ipsos Clericos?

280 *Possunt à Indice laico coerceri.* Possunt reluctantes à indice laico coerceri, quia in eo casu Index ille non procedit contra personam Clerici, sed contra illius bona. Sic Auendaño, Azenedo affert Sanchez l. 2. cõs. cap. 4. dub. 55. num. 8. Baldus, Olannus, Ricchard. Quasada, Auila, apud eundem Sancium, n. 30. Salgado, Lozarte, Coriolan. apud Dianam p. 1. tr. 1. res. 41.

281 *Minimè potest.* Non possunt reluctantes à potestate laica cogi, sed solus superior Ecclesiasticus habet vim cogitiam, ad eamque est recurrendum ut Clericos obliget ad tributum soluendum, sicut in omnibus aliis debitis, quia sic præcipitur, cap. Non minus, & in Cap. Adversus, de immuni. Eccl. Ratio est clara, quia Ecclesiastici generaliter excepti sunt à seculari iurisdictione non solum quoad personas, sed etiam quoad

quoad bona sua, super quibus non possunt coram indice laico conveniri, vel ab eo molestari; ne per viam viam concedatur iudici, quod per aliam negatur, ut dicitur in *Cap. unico de Cleric. coningat. in sexto*. Ita Paulus de Castro, Guntier. Ludou. Lopez, Syluest. Angel. *vbi supra n. 9.* Glos. Anchar. Gigas, Baldus. Innocent. Speculator. Gregor. Lopez, Hostien. Felin. Ripa, & alij plures, quos citat, ac sequitur idem Sanch. *n. 31. Qui n. 32.* addit, si Episcopus renuat appellatam esse ad superiorem Ecclesiasticam.

282  
Hoc mihi certum.

Cum his probabilis admodum, imo certe admodum sentio. Quod quidem in lege Hispana video esse approbatum, quae est *Lex 54. tit. 6. part. 1.* Quamvis ergo Clericus delinquat non solvendo tributum, quod debet hanc potestatem conveniri propter hoc debitum vel delictum nisi coram suo legitimo Ecclesiastico indice; debitum enim vel delictum non dat iurisdictionem creditori, vel ei qui offensus est.

DVBIVM LXXV.

*Quando Clericus ex negotiatione debet Tributum, vel ob negotiationem (post monitionem trinam) continuam perdit exemptionem à Tributis: bona illius possunt à iudice seculari capi, quae ad solutionem debiti Tributis sufficiant.*

283  
Potest quidem.

Potest equidem, quia in *Cap. ultim. de vita, & honest. clericor.* dicitur non esse defendendos ab Episcopo, Clericos negotiatores, ne tributa solvant, sicut laici: & *leg. 7. tit. 18. l. 9. nova recopil.* de iure Hispano dicitur eos ad solvendam gabellam teneri, Sic Azevedo, *M. xia.* Lazarte apud Sanchez *lib. 2. const. c. 4. dnb. 55 n. 30.*

284  
Non potest.

Minime potest, quia quamvis id in illo *capite ultimo* & in *leg. septim.* dicatur: in nullo tamen loco dicitur, iudicem secularem iurisdictionem habere ad coercendum Clericum: sed id iuris communis dispositioni relinquitur, qua Clericus super illo debito, sicut pro aliis, debet coram suo Episcopo conveniri. Ita Sanch. *vbi supra n. 31. in solut. 3. argum. plures citans.*

285  
Probabiliter rem hanc sententiam esse iudico.

Probabiliter hanc sententiam esse defendo. Fateor enim huiusmodi Clericum non esse ab Episcopo defendendum in hoc casu. At ad Episcopum pertinet indicare, ut non defendi debeat, necne. Postquam igitur comperiat, in negotiatione deliquisse, vel ob persistentiam in ea post trinam monitionem amissionem immunitatem à gabellis solvendis, Episcopus non debet eum defendere, sed cogere, ut tributum solvat, sicut laici.

DVBIVM LXXVI.

*Si mercatores laici in ipso Civitatis ingressu aliquod Tributum solvant ex mercibus, quas vendendas afferunt: estne indirecte contra Ecclesiasticam immunitatem?*

VT dignoscas; quando tributum censi debet contra Ecclesiasticam immunitatem, regulam generale accipe: Iniquum est tributum, & contra immunitatem Ecclesiasticam, quando directe, vel indirecte tendit ad Ecclesiasticos gravandos. Quare quoties ab ei petitur tributum, sine ex contractu; sine ex adportatione mercium, sine ex alia causa, non est dubium, quin directe laedatur immunitas. Totum dubium est de indirecto gravamine, quando nam verificetur. Quasi in itaque, an mercatores laici in ipso civitatis ingressu aliquod tributum solvant ex mercibus, quas vendendas afferunt, sit indirecte contra Ecclesiasticam immunitatem?

Est quidem, quia mercatores illi propter tributum prius solutum carius postea vendunt merces, unde Clerici carius eas emere coguntur, ideoque gravamen tributi impositi sustinere videntur. Sic nonnulli Doctores, quos presso nomine avertit Cardinal. Logo *secund. de instr. d. 36. numer. 133.*

Non est indirecta immunitatis laesio, quia nimia videtur esse indirecta laesio explicatio. Nam hoc modo vix ullum esset tributum laicis impositum, quod contra immunitatem Ecclesiasticam non existeret, sine enim in veste, sine in pane, sine in vino, sine in carnis gabella laicis imponatur poterunt Clericis conqueri, quod ratione illius tributi coguntur ipsi maius dare famulis stipendium, vel operariis, quos conducunt; quia ipsi ad emenda sibi necessaria, maiori indigent pretio ob tributa, quae solvantur à venditoribus, vel emptoribus earum mercium. Quare Theologi omnes conveniunt ea quae ita remote Clericos laedere possunt, nec indirecte esse contra eorum immunitatem. Ita ex his Molina *com. secund. de instr. d. 663. n. 5.* vbi id tanquam certum supponit.

Ego autem existimo Antiores illos (vbi ait Lugo *citat. hoc defendens*) nimium videntur indirectam immunitatis laesionem extendisse. Nam si hoc contra immunitatem Ecclesiasticam esset, etiam esset contra immunitatem nobilium, qui ex privilegio exempti sunt à tributis solvendis. Nunquam tamen nobiles conquesti sunt, quod eorum privilegia laedantur, quando eiusmodi tributa plebeis imponuntur. Lege Sancium *hic dnb. 55. n. 40.*

ELSCOBAR  
Theol. Mor.  
Tom. V. VI. VII  
E. IV

DVBIVM LXXVII.

*Si gabella exigenda sit à venditore, vel emptore laico, estne contra immunitatem Ecclesiasticorum si hac gabella ab eo exigatur, quando vendit essam Clerico, vel ab illo emittit?*

290  
Est contra immunitatem.

Contra immunitatem est. Quia non solum est illicitum statutum directe tendens contra libertatem Ecclesiasticam: sed etiam quod indirecte eam laedit. In hoc autem casu licet gabella directe à Clerico non exigatur, indirecte tamen videtur ab eo recipi, siquidem carius cogitur emere, vel vilius vendere propter gabellam suo venditori, vel emptori impositam: quod perinde est, ac si ipse solueret. Sic Gratian. Menoch. Laderchius, Burdus, Riccius, Homobon. Zerola, quos affert Diana p. 1. ar. 2. resol. 48.

291  
Contra immunitatem non est.

Non est contra immunitatem, quia gabella non exigitur à Clerico, sed à solo laico venditore, vel emptore, Ita Boetii. Busat. Alexand. Purpuratus, Tiraquel. Valac. Menochius sibi contrarius, Mexia, Lazare, & alij, & quos affert idem Diana ubi supra qui nihil definit. Henr. q. 2. l. 10. cap. 15. n. 5. Manuce tom. 3. q. 99. Regul. q. 74. d. 7. Molina d. 66. 3. n. 5.

292  
Hoc verum mihi.

Ego quidem existimo veriore esse hanc sententiam. Nam illud Indirecte, in hac materia intellegitur, quando lex non tendit directe ex verbis suis ad Ecclesiasticos gravandos, nihil enim eis praecipit, vel ab eis exigit, vel eis iubet aliquid specie quidem externa subditos solum gravando, vel eis praecipiendo: sed in tali materia, vel talibus circumstantiis, quae ostendunt, id praecipit, vel exigit ad finem gravandi per circuitum illum Ecclesiasticos, quibus directe praecipit non poterat. Directe ergo laeditur Ecclesiastica immunitas, quando imponitur gabella solvenda ab omnibus etiam Ecclesiasticis: tunc enim directe & immediate gravatur ipse Ecclesiasticus, non mediante vilo alio ex cuius gravamine Ecclesiastici gravamen resultat. Indirecte vero, quando praecipitur, vel onus imponitur laico ea intentione, ut consequenter Clericus gravetur. v. gr. si laicis prohibeatur, ne vendant, vel laborent nisi cum licentia speciali Magistratus ea intentione, ut non detur licentia vendendi, vel laborandi pro Ecclesiasticis: hac prohibitio directe tendit ad laicos, ad Ecclesiasticos indirecte. Et quidem auctore Suar. de censur. d. 2. l. 1. sectio. secund. numer. 78. in hac materia indirecte lesionis multum ad statuentis intentionem est attendendum.

Escob. & Mend. Theol. e. Mor. To. VII.

DVBIVM LXXVIII.

*Si in imo seu intentione gravandi Ecclesiasticos statuta circa Tributa fiant laetissime eorum immunitas cum obligatione restituendi?*

In dubio proximo, in hac materia lesionis indirecte multum attendendum est. Nonnulla intentione sola non sufficeret: quando tamen actio externa apta est ad nocendum consequenter Ecclesiasticis, multum refert, quod ex illa intentione fiat, ad hoc, ut aliquis dicatur, Ecclesiasticam immunitatem violare. Puratim tamen hanc intentionem sufficere praesumptam, ut lex illa intelligatur illicita: quando scilicet circumstantiae tales sunt, de quibus praesumitur ordinari à statuentis ad eum finem gravandi consequenter Ecclesiasticos. Ille enim in cap. ultimo de immunit. Eccl. in 6. de eiusmodi statuti dicitur. Cum talia in derogationem Ecclesiasticae libertatis praesumantur. Quia nimirum praesumptio in talibus circumstantiis, efficit, quod gravamen Ecclesiae intendatur. Exemplum exhibeo: si gabella imponatur mercatoribus afferentibus Ecclesiasticos libros, v. gr. Misaalia, Breniaria, Diurnalia, nam talis lex specialiter exgens ab afferentibus tales libros in particulari, secum affert praesumptionem, quod Princeps laicus intendebat gabellam eo modo ab Ecclesiasticis exgere, quos quia directe gravare non poterat, imponit onus illud solvendum à mercatoribus laicis, ut ipsi carius vendant Ecclesiasticis. Quare illam iudico esse indirectam huius immunitatis lesionem prohibitam. Querierim itaque, an si animo laedendi Ecclesiasticam immunitatem haec fiant, laesio huiusmodi sit cum restituendi obligatione?

Non est cum obligatione restituendi. Quia licet contra immunitatem delinquatur, nihil tamen animus non facit, ut res, quae alioquin non erat contra iustitiam, & obligationem restituendi afferat. Sic Sanch. l. 2. consil. c. 4. dub. 55. n. 42.

Est cum restituendi obligatione. Quia si ille animus facit, quod sit contra immunitatem, & ideo peccatur: sufficit etiam, ut sit contra iustitiam, & cum onere restituendi. Nam quoties contra immunitatem aliquid exigitur, iniuste exigitur. Ita Richardus quodlibet. 2. quast. 30. articulo sexto Cardinal. Lugo como secund. de iust. d. 36. n. 139.

Probabiliorem hanc sententiam esse credo. Quia P. Sanchi ratio probaret etiam, quod non peccaretur. Animus enim habendi illud lacrum à Clericis non facit, quod sit contra eorum immunitatem id, quod ex se contra immunitatem non erat, sufficit tamen non intentio, sed in talibus circumstantiis, quae secum

Ec 3

293  
Nonnulla suppono.

294  
Non est cum restituendi obligatione.

295  
Est cum obligatione restituendi.

296  
Hanc sententiam veriore esse existimo.

secum afferant praesumptionem, quod in odium Clericorum fiat, quia immunitas, haec dat ius Clericis, ne eorum gravamen intendatur, seu ne fiant talia statuta, quae in talibus circumstantiis ordinata sunt, ad eorum gravamen. Nec sufficit dicere, quod tunc peccatur quidem contra charitatem, non vero contra immunitatem; si enim peccatum est, non est contra solam charitatem, nec enim obligaret charitas ad amittendum lucrum illud a Clericis, quod iuste posset haberi ob publicam necessitatem, & quod nullo Religionis, vel Ecclesiae praecipito esset prohibitum. Si ergo peccatur, est, quia Ecclesia prohibet indirecta etiam gravamina, hoc est, talia, quae in iis circumstantiis praesumuntur esse ad Ecclesiasticos per circuitum aggravandos.

DVBIVM LXXXIX.

*Estne contra Ecclesiasticam immunitatem, quando lege communi augetur aliquantum pretium carnis (v. gr.) vini, & olei, ita ut illud augmentum non maneat penes venditorem, sed ad aliquam necessitatem, vel utilitatem publicam applicetur?*

296  
Non est  
contra im-  
munitatem.

Quando exiguum est pretium, quod additur, nec imponitur ad gravandum Clericos non est contra immunitatem, quia id potest statui iuste ut pretium commune. Sic nonnulli Doctores, quos affert Diana p. r. r. 2. resol. 45.

297  
Contra im-  
munitatem  
est.

Est contra immunitatem Ecclesiasticam, quia tunc secundo & indirecte gravantur Clerici. Ita alij, quos ipse Diana affert, ac sequitur.

298  
Auctor  
hanc senten-  
tiam alio-  
quidam fun-  
damine de-  
fendit, va-  
lidiori qui-  
dem.

Hoc dicendum existimo, rationem autem mihi non placere ingenue fateor. Nam Clerici tunc directe gravantur, cum omnibus circumstantiis in universum, atque etiam Clericis illud onus immediate imponatur, & nullo alio mediante cui mediate videatur imponi docet Sanchez l. 2. consilio. 4. dub. 55. nu. 47. Quando ob necessitatem publicam Granatae statutum fuit, ut extra pro capita arcentum, quae prius dimidio argenteo pauperibus communi civitatis lege dabantur, tribus argenteis venderentur, & augmentum illud ad publicam illam necessitatem cederet. Quod statutum Sanchez merito dixit esse contra immunitatem, quatenus Clerici cogebantur illo pretio emere. Quod licet potuisset statui iuste ut pretium, tunc tamen non erat pretium venditori dandum cum apud ipsum non maneret; sed erat tributum solvendum ad communes necessitates, sicut si pretium carnis statueretur dimidium argentei, inustum esset, & Clericus deberet illud solvere, sitamen cum prius minoris venderetur, actum est usque ad argenteum, ut aliquid ex illo ad publicos usus acciperetur, iam ille excessus

non potest a Clericis exigi, quia esset verum tributum, & non merum pretium.

DVBIVM LXXX.

*In praedictis casibus excusanturne imponentes illas gabellas generaliter, quando protestantur, se in anni sine reddituros Clericis quod per modum gabella solverunt?*

Excusantur quidem, quia ad vitandam confusionem Clerici communi pretio emunt, sicut alij cives laici, & in fine anni eis restituntur, quod in more tributi soluisse se cum iuramento affirmant, iura maiorem, vel minorem quantitatem, quam illo anno emerunt. Porro hoc fit consentientibus Clericis. Sic Diana p. r. r. 2. resol. 44. affertens Panorini id licite fieri. Cardinal. Lugo. to. 2. de iust. d. 36. n. 141. pro hac pugnat sententia.

Non excusantur, quia negari non potest, Clericis non levis incommodum ex hac cantela provenire & absolute dum eis non restituntur quod in more gabellae cum aliis solverunt, tributarij esse videbuntur. Ita Duardus in Bul. Cane l. 2. can. 18. g. 15. n. 3. Alteri. to. 1. de censur. l. 5. d. 19. cap. 3. Unde monet Duardus, ut ad vitandam excommunicationem, curent exigentes Clericis restituere aliquid plus in fine anni in illius incommodi, & interesse compensationem.

Primam sententiam probabiliori esse iudico. Non enim video, videnam hoc sit contra immunitatem, cum non cogatur Clerici ad aliquam contributionem, vel aliquod gravamen, sed ipsi voluntarie velint, ad vitandas publicanorum fraudes suam exemptionem executioni modo illo securiori, ac faciliori mandari. Consilium autem Duardi mihi nullo modo placet. Nam accipere plus aliquid pro incommodo pecuniae antea datae, esset usura manifesta, nisi ob lucrum cessant, vel damnum aliud emergens praeter carentiam pecuniae acciperetur. Neque etiam hoc modo censura vitaretur, quia si id fieret in ius Clericis, iam imponeretur eis aliquid onus, cogendo eos ad mutuandum sub usuris: quod aliquod onus esse negari non potest. Si autem ipsis consentientibus, nec vili gravamen ex hoc sentientibus, non est necesse plus aliquid dare.

DVBIVM LXXXI.

*Quando non ex sine exigendi a Clerico indirecte, nec hoc intuitu gabella imponitur, estne contra immunitatem Ecclesiasticam exigere gabellam a venditore laico, etiam quando Clerico vendit?*

Non est contra immunitatem. Quia tunc gabella non exigitur a Clerico, sed a laico, contra

ELSCOBAR  
Theol. Mor.  
Tom. V. VI. VII  
E. IV

immunitatem.

laico, qui debet solvere ex bonis suis, nempe ex pretio, quod à Clerico accepit. Et quamvis aliquando ea occasione carius vendat propter onus consequens, quod habet soluendi gabellam, id tamen est per accidens, & idem fere contingit, quando mercatores in Urbis ingressu gabellam solvunt ex mercibus, quas postea carius eam ob causam etiam Clericis vendunt. Ratio est, quia tunc non fit directè contra immunitatem, cum nihil petatur à Clerico, nec etiam indirectè, cum non petatur à laico ob eum finem, ut Clericus consequenter solvat. Sic Card. Lugo *10. 2. de iust. d. 36. n. 142.*

303  
Contra immunitatem est.

Est contra immunitatem. Quia in hoc casu videtur auferri Clericis libertas, quam habent contrahendi cum laicis, nam eo ipso, quod laico gabella imponitur in ipsomet contractu, prohibetur laico, ne contrahat cum Clerico nisi cum illo onere gabellam soluendi. Non videtur autem posse prohiberi contractus vni, quin vterque contrahens grauetur, cum contractus indivisibiliter vtrumque respiciat contrahentem. Sicut è contra quando datur facultas contrahendi vni, alteri data censetur, ob eandem rationem. Ita graues doctores, quorum meminit Lugo citatus.

304  
Primam sententiam esse credo, & confirmo.

Vtramque sententiam probabilem satis esse reor. Eligo mihi primam, quam veriore esse crederem. Quia immunitas Clericorum non obligat Principem laicam, ut nihil petat à laicis, ex quo consequenter Clerici aliquod damnum sentiant. Hoc enim fere impossibile videtur, cum ex qualibet gabella consequatur,

quod laici aliunde sibi providere debeant plus exigendo in aliis contractibus, etiam cum Clericis, sed solum obliget, ne petatur vilo modo à Clerico aliquid, neque etiam à laicis in iis circumstantiis, quae ostendant, id fieri, ut consequenter aliquid à Clericis extrahatur, quod est agere indirectè contra immunitatem. Monerim tamen, in iis omnibus casibus, in quibus ex gravamine laicis imposito grauantur consequenter Clerici carius ementes, vel quodlibet aliud onus subeuntes: non posse Clericum prohiberi, ne aliunde sibi provideat de iis rebus, si possit. V.g. si laicis vendentibus carnes, vel vinum imponitur gabella non Clericorum intuitu, nec ut hi consequenter solvant: non posse prohiberi, quod Clerici possint offerre sibi vinum, vel carnes aliunde, ut meliori ea pretio habeant. Hoc enim esset directè gravare Clericos contra libertatem, quam habent sibi, vnde cumque voluerint, providendi. Similiter si Rex sibi sibi reueret potestatem faciendi chartam, & postea, aucto eius pretio, luctum ad publicam necessitatem deseruiat, Clerici prohiberi non possunt, ne sibi chartam faciant, si possunt, vel meliori modo provideant. Quia hoc esset contra eorum immunitatem, ac libertatem. Et sic de aliis similibus iudicandum esse non dubito. Item quado mercatores afferentes aliquas merces gabellam in ingressu solvunt, & ideo eas postea carius vendunt. Non enim Clerici prohiberi possunt, quod faciant sibi eas merces afferri absque vilo onere gabellam soluendi, alioquin iam exigeretur à Clerico,

